DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

Exhibens

OBSERVATIONES SELECTAS

DE

JURE DETRACTIONIS

AD

Ordin. Polit. Ducat. Magdeb. Cap. LVI.

QUAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. PHILIPPO WILHELMO,

PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENBURGICO, ET DUCATUS MAGDEB. GUBERNATORE, &c. &c.

PRAESIDE

PRORECTORE MAGNIFICO

DN. CHRISTIANO THOMASIO, JCto,

POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ, AC REVEREND. ET SERENISS. DUCIS SAXO-NUMBURG. CONSIL. RESPECTIVE INTIMO, PROF. JUR. ORDIN. ET FACULT. JUR. h. t. DECANO,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN ALMA FRIDERICIANA

PRO LICENTIA

SUMMOS IN JURE HONORES ET PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI,

Horis ante- & pomerid. d. April. MDCCIX.

Placido Eruditorum examini ſubmittit

CHRISTIANUS KETTNER,

Hallenſ. Magdeb.

Recuſa Halæ Magdeb. TYP. CHRIST. HENCKELII, ACAD. TYP. 1731.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

exhibens

OBSERVATIONES SELECTAS

De

JURE DETRACTIONIS

ad

Ordin. Polit. Ducat. Magdeb. Cap. LVI.

§. I.

Obſervat. circa definitionem juris detractionis.

IUs detractionis, vulgo Abzugs-Geld, Abſchoß, Nachſteuer, eſt facultas ſuperiori competens detrahendi certam portionem de bonis, quæ ex noſtra iurisdictione in alium locum transferuntur. Dixi: ex noſtra *jurisdictione*; quo vocabulo rem melius explicari poſſe exiſtimo, quam ſi cum Mylero ab Ehrenbach, *de Princip. & Stat. Imp. Rom. Germ. cap. 63. §. 1.* jus detractionis eo caſu locum habere aſſeruiſſem, quando bona *e territorio alicujus imperii Principis, aut Status, in aliud territorium transferuntur.* Scilicet ex infra dicendis patebit, jus detractionis tunc quo-

Digitized by Google

que obtinere, licet res in eodem territorio maneant, & ſolum ex una juriſdictione in alteram transferantur, unde Myleri deſcriptio nimis anguſta eſſe videtur; e contrario autem vocabulum juriſdictionis & univerſalem illam, quæ per totam provinciam, & particularem, quæ ex conceſſione Principis in hoc illove loco exerceri ſolet, complectitur.

§. II.

Inconveniens huius iuris deductio ex Legibus Romanis.

Juris huius originem nonnulli, ut omnia alia, ex Legibus Romanis deducere nituntur, ſed infelici ſucceſſu. Nam *L. 16. ff. de jur. patron.* de eo caſu loquitur, *quando libertus in fraudem patroni bona ſua alienavit*, quod patrono jus eadem per actionem Favianam, aut Calviſianam, revocandi competat, quo pertinet etiam *l. 1. C. ſi quid in fraud. patron.* aſt, quæ comparatio inter eam revocationem, & noſtrum ius detractionis? Porro *in t. t. C. quand. & quib. quart. pars debet.* quem affert Schweder *Introd. in Jus Publ. part. ſpec. ſect. 2. c. 15. §. 4.* hoc ſolum habetur, quod quarta hereditatis pars a curia peti poſſit, ſi quis curiali ſuccedit, *qui non eſt ex Decurionum numero*, ſine diſtinctione, utrum ſucceſſor bona illa, quæ jura hereditatis ipſi obvenerunt, in alium locum transferat, vel non; jus detractionis autem ad caſum eiusmodi translationis unice pertinet. In *l. 23. §. 1. verb. Caveant. C. de agric. & cenſit.* ut & in *l. 3. C. vectigal. nov. impon. non poſſ* quas ſimiliter adducere ſolent, nullum plane veſtigium deprehenditur, quod exinde jus detractionis derivari queat, aut quod inter illud jus & caſus dictarum legum aliqua ſaltem ſit convenientia & ſimilitudo: nam in *l. 23. §. 1. C. de agric.* habetur, quod colonis nulla innovatio, vel violentia ſit inferenda, in *l. 3. C. vectig. nov.* autem, quod nova

vecti-

Digitized by Google

vectigalia inconſultis Principibus inſtitui non ſoleant. Quid vero hoc ad jus detractionis?

§. II.

In ſpecie ex Auguſti viceſima hereditatis.

Fortiſſimum argumentum a viceſima parte hereditatis peti poſſe videbatur, cujus fit mentio in *l. fin. C. de Edict. D. Hadrian. toll.* adde *leg. 2. §. 44. ff. de O. J. ibique Gothofr. in not.* Scilicet Auguſtus Cæſar ob maxima bellorum impendia, quibus gravabatur, maximis pecuniis opus habebat, hinc viceſimam partem hereditatum, & legatorum, quæ teſtamento aliquibus relinquebantur, detraxit, & fiſco inferre juſſit, nec heredes prius hereditatem adire poterant, quam hancce viceſimam perſolvisſent, v. quos adducit Matth. Berlich. *P. 3. Concl. 52. n. 2.* Verum enim vero hæc viceſima Nervæ, Trajani, Adriani, Marci & aliorum conſtitutionibus reciſa atque reducta, & tandem plane ſublata fuit, id. *loc. cit. n. 3. ſeqq.* Gothofred. *ad d. l. f. C. de Edict. D. Hadr. toll.* & quoniam illa iterum non præciſe in caſu translationis hereditatis in alium locum, ſed indiſtincte ſolvenda erat; hinc ſtatim quoque apparet, quod jus detractionis hodie uſitatum exinde nulla ratione deduci queat. Unde miror, Berlichium *de Concl. 52. n. 6.* ſtatuere, quod dictum jus detractionis ad inſtar antiquæ illius viceſimæ introductum fuerit. Recte Fritſchius *in Exercit. Jur. Publ. Exerc. 3. membr. 1. Concl. 4.* exiſtimat, quod in hujusmodi rebus, controverſiisque fruſtra, interdum etiam inepta argumenta ex Republica Romana & Jure Civili petantur: magis enim conſuetudines & privilegia locorum, & jus Imperii, & neceſſitates in hiſce rebus dominari, nec continuo iniquum eſſe, quod novum eſt.

Digitized by Google

§. VI.

Neque idem deducendum ex Jure Canonico.

Miſſo itaque Jure Romano, de Jure Canonico diſpiciemus, utrum in illo fundamentum juris detractionis inveniri queat. Allegant eum in finem c. 14. & 15. *X. de teſtam.* in quibus habetur, *quod Epiſcopo debeatur portio canonica,* (tertia vel quarta pars, ſecundum diverſas conſuetudines,) *ſi Eccleſiæ aliquid relictum fuit per ultimam voluntatem:* Porro adducunt *c. 8. cauſ. 10. qu. 3.* ubi diſponitur, *Epiſcopum provinciæ Galliæ per ſingulas diœceſis ſuæ baſilicas juxta Synodum Bracharenſem duos ſolidos annua illatione ſibi inferre expetere poſſe,* monaſteriorum tamen baſilicis ab hac ſolutionis penſione ſejunctis, ut verbis *de can.* utar. Verum hæc recenſuiſſe, ſimul eſt refutaſſe, unde alia plura afferre piget.

§. V.

Sed ex moribus Germaniæ.

Nihil ergo remanet, quam, ut dicamus, Jus detractionis moribus Germaniæ & conſtitutionibus provincialibus originem debere. Ejusmodi mores in tota fere Germania vigere teſtantur DD. v. Gail. *L. 2. Obſ. 36. n. 9.* & plures apud Beſoldum *in Theſ. Pract. voc.* Abſchoß, add. Mevius *ad Jus Lubec. Part. 3. tit. 2. art. 4. n. 11.* Wehner *Obſerv. Pract. voc.* Nachſteuer. Bavariam tamen excipit Dietherr. *in Addit. ad Beſold. d. voc.* Abſchoß. In Ducatu Magdeburgico Jus Detractionis vigere certum eſt, ita enim in *Ordinat. Polit. cap. 56.* §. 1. Weil auch des Abzugs halben, wann etliche verkauffen, und aus einer Stadt, Flecken oder Dorff unſers Hertzogthums Magdeburg in eine andere Stadt, Flecken oder Dorff gedachtes unſers Hertzogthums ziehen und alda ſich niederlaſſen, oder ſich aus unſerm Hertzogthume Magdeburg, in eine andere uns zuſtehende Provintz, oder gar unter fremde Bothmäßigkeit begeben

ben, groſſe Ungelegenheit und Unordnung fürfället, ſo haben wir hierinnen dieſe Maſſe geordnet.

§. VI.

Conſtituunt alias *duos caſus*, quibus jus detractionis locum habet, *alterum*, quando cives ſedem ſuam aliò transferunt; *alterum* verò, quando extraneis hereditas, vel legatum in noſtrâ republicâ defertur, illi verò domicilium hic non conſtituunt, ſed res ſibi delatas in alium locum transferunt, v. Schröter *Diſſ. de Gabella Detractionis atque Emigration.* §. 5. atque hi duo caſus in noſtro Ducata etiam obtinent. De civibus ſedem fortunarum ſuarum aliorſum transferentibus loquuntur verba in §. *præc.* adducta; de hereditate autem, quam heredes in alium locum abducunt, textus eſt in §. *d. cap. 56.* Da auch jemand unter einer frembden Herrſchafft wohnhafft, in unſerm Hertzogthume Magdeburg etwas ererben, und daſſelbe in ein ander auswärtiges Fürſtenthum und Gebiete wenden wolte, derſelbe ſoll gleichfalls den zehenden Pfennig davon zu geben verpflichtet ſeyn.

Duplex hujus juris caſus.

§. VII.

De fundamento, cui illi mores atque provinciarum conſtitutiones ſuperſtructæ ſint, DD. diverſas fovent opiniones. *Alii* vectigal, cenſum, ſeu gabellam, (ita enim vocatur pecunia, quæ ab emigrantibus, bonave aliò transferentib9 ſolvitur) ſuperiori, in recognitionem ſive remunerationem quandam pro præſtita hactenus defenſione atque ſecuritate, ſolvi dicunt jure anditori, v. Bornitius *de Ærar. lib. 4. cap. 7.* *Alii* penſationem tributi imminuti, vel ulterius non ſolvendi, in medium proferunt, quoniam ſuperior ex bonis, quæ in alium locum nunc transferuntur, collectas aliaque onera ante

Fundamentum introducti hujus juris.

per-

percepit, & adhuc percipere potuiſſet, niſi illa tranſlata fuiſſent, ut proinde non ſit iniquum, loco collectarum & onerum ex bonis transferendis aliquid retinere, v. Cothmann *Libr. ſing. Academ. Reſp. 19. n. 10.* *Alii* denique fundamentum Juris detractionis in eo unice quærendum eſſe opinantur, quia plurium emigrationibus, bonorumque tranſlationibus, & numerus civium & facultates civium non parum minuuntur: ſolvi ergo gabellam debere, ne tam ſæpe ejusmodi emigrationes bonorumve tranſlationes in detrimentum Reipubl. ſuſcipiantur, Rhet. *Diſp. de Sarcina Emigrantium c. 3. th. 2. & 3.* Nobis, quantum præcipuè emigrationem *ex territorio* attinet, omnes haſce rationes conjunctim accipi poſſe, & alteram alteri adminiculari, non vero contrariam eſſe; in caſu migrationis *ex ſola jurisdictione* autem, primam ſaltem applicari poſſe videtur, de quo paulo poſt §. IX. & X. pluribus agemus.

§. IIX.

Tres caſus Ordinationis Polit. Magdeburg.

Nunc diſtinctius paullo procedendum erit, & quidem ad ductum Ordinationis Politicæ noſtræ. Scilicet in §. 1. *cap. 56.* quem adduximus §. V. tres caſus ſeparatim proponebantur. *Primus* eſt, quando migrans, vel bona transferens *in Ducatu Magdeburgico* nihilominus *permanet*, & ex una ſaltem civitate, vico vel pago, in aliam civitatem, vicum vel pagum ſe confert, aut bona abducit, wann etliche verkauffen, und aus einer Stadt, Flecken oder Dorff unſers Hertzogthums Magdeburg in eine andere Stadt, Flecken oder Dorff gedachtes unſers Hertzogthums ziehen und allda ſich niederlaſſen. *Secundus* caſus eſt; quando migrans, vel bona abducens *ex Ducatu Magdeburgico diſcedit*, ſed tamen in ejusmodi provinciam ſe confert, aut bo-

Digitized by Google

bona transfert; *quæ ſceptro Boruſſico itidem paret*; oder ſich aus unſerm Hertzogthume Magdeburg in eine andere uns zuſtehende Provintz. &c. *Tertius* denique eſt, quando quis non ſolum *ex Ducatu Magdeburgico* diſcedit, ſed ſimul etiam *in provinciam alii Principi parentem* ſe confert, aut bona abducit in verbis: oder gar unter fremde Bothmäßigkeit begeben. De ſingulis caſibus ſingulatim nobis agendum erit.

§. IX.

Quod *primum* itaque caſum attinet, quando bona ex *Ducatu Magdeburgico non transferuntur*, Ordinatio Politica *d. cap. 56. §. 2.* diſponit gabellam non eſſe ſolvendam, & primo quidem in caſu *migrationis de loco ad locum*: Es ſollen alle unſere Magdeburgiſche Unterthanen, ſo aus einer Stadt, Flecken oder Dorffe, in eine andere Stadt, Flecken oder Dorff unſers Hertzogthums Magdeburg ziehen, und alda ſich häußlich niederlaſſen; deinde in caſu *translationis hereditatis de loco ad locum*, oder auch, welche unter uns im Hertzogthume Magdeburg wohnhafft, und etwas an einem andern Orte auch unſers Gebieths und Obrigkeit (in eodem Ducatu Magdeburgico) ererben, ihrer habenden oder angeregter Geſtalt ererbten Haab und Güter, oder Nahrung, liegend und fahrend, aller Nachſteuer und Abzugs gäntzlich befreyet seyn, und dieſerwegen weder von unſern Beamten, noch andern Gerichten, gantz nichts von ihnen gefordert werden. Reſpexit hic Sereniſſimus legislator ſine dubio ad rationem tertiam, quam antea §. *VII.* adduximus, quod ſcilicet gabella propterea præcipue exigi ſoleat, quoniam per emigrationes bonorumque translationes in aliud territorium Respublica non minimo incommodo afficitur, quæ ratio cum in caſu propoſito ceſſet, legis etiam diſpoſitionem ceſſare voluit. Accedit, quod hoc caſu nec ſecunda ratio

Rationes primi caſus.

Digitized by Google

in *d.* §. *VII.* recenſita applicari queat. Tributa enim, non obſtante domicilii translatione adhuc ſolvuntur in futurum, ſolvuntur eidem Domino territoriali, atque in idem ærarium inferuntur, unde in penſationem tributi imminuti vel ulterius non ſolvendi, aliquid ex bonis transferendis detrahi nequit. Ita in caſu, ſi quis *ex urbana jurisdictione ad Academicam tranſit*, juri detractionis locum non eſſe, pluribus demonſtravit Mevius 7. *Dec.* 366.

§. X.

Rationes morum huic caſui oppoſitorum.

Ita ergo in noſtro Ducatu obtinet. Mores interim aliarum provinciarum cum adducta diſpoſitione Ordinationis noſtræ Politicæ non ubique conveniunt. Ita in nonnullis locis, ſi in uno pago duo vel tres Nobiles, aut Domini reperiuntur, & ex unius jurisdictione alterius ſubditus hereditatem transfert, ei ſtatim gabellam ſolvere tenetur, ſub cujus jurisdictione hereditas jacet. Sic ſi Berolino, aut Colonia, aliquid hereditatis in Inſulam Friderici, Friederichs-Werder, aut ex hac in illas civitates transportatur, (Berolinum enim & Colonia pactum inter ſe habent de non exigenda gabella) juri detractionis locus eſt, teſtante Mullero *in Pract. Marchb. Reſol.* 2. *n.* 5. *&* 6. Ita quoque alibi in Marchia paſſim obtinet, Id. *d. l. n.* 7. & ita quidem, ut ſi v. gr. duo vel tres Nobiles unius vici vel pagi ſint domini & alter majorem partem pagi cum jurisdictione, Straſſen-Gerichte, alter vero duo vel tria prædia ruſtica etiam cum jurisdictione prædiali *ejusdem qualitatis*, Zaun-Gerichte, poſſideat, gabella ab hereditate in ejusmodi particuliaribus prædiis delata debeatur illi, qui jurisdictionem ſpecialem habet ſuper iisdem prædiis, Scheplitz. *in Conſuet. Marchb.*

March. P. 3. t. 8. §. 5. n. 1. ibi: Den Abſchoß nimmt der, ſo über den Hoff, daraus die Erbſchafft genommen wird, die Gerichte hat, Müller *d. Tr. Reſol. 3.* Kohl *in Conſtit. March. P. 3. Qu. 20. n. 22. verſ. in Camera.* Dixi autem, ſi jurisdictio eſt *ejusdem qualitatis.* Nam ſi unus ex poſſeſſoribus pagi ſit inveſtitus cum jurisdictione ſuperiori, ſive eum mero & mixto imperio, alter autem cum inferiori vel ſimplici jurisdictione ſolum in prædiis ſuis, vel alter ſit in poſſesſione vel quaſi juris percipiendi des Rauchhuns, tunc, ſi hereditas in alium pagum transfertur, gabella illi debetur, qui juris dictionem ſuperiorem exercet, Müll. *d. Reſol 3. n. 14.* Hiſce caſibus ratio ſecunda & tertia in §. VII. adducta applicari nequit, propter ea, quæ §. *præc.* IIX. diximus; manet vero ratio prima, quod ſcil. gabella in remunerationem quandam pro defenſione hactenus præſtita ſolvatur.

§. XI.

Antequam ulterius progredimur, illud adhuc notandum eſt, Ordinationē noſtram Politicam, cujus verba hactenus adduximus, & quæ A. 1688. vim legis accepit, paulò differre à priori A. 1673. publicata. In hac enim juri detractionis regulariter locum non eſſe, ſi bona ex terra Magdeburgenſi non transferantur, ſimiliter quidem diſpoſitum deprehenditur, interim tamen ſubjuncta eſt limitatio *cap. 29.* §. Erſtlich, daß alle diejenigen ꝛc. niſi per tempus immemoriale ita obſervatum fuerit, quod gabella illo etiam caſu ſolvi debeat, quando migrans vel bona transferens adhuc in Ducatu Magdeburgico permanet, es wäre dann von undencklichen Jahren in einem oder andern Orth beſtändig hergebracht, daß der Abzug genommen worden, ſo hat es dabey ſein Verbleiben. Hæc limita- *Diverſitas Ordinationis Magdeburgicæ à priore, anno 1673. publicata, quoad primum caſum.*

mitatio omiſſa eſt in recentiori Ordinatione de A. 1688. & hinc gabella nullo modo exigi poteſt, ſi bona extra Ducatum non transferuntur.

§. XII.

Caſus ſecundi deſinitio peculiari Reſcripto explicata & corroborata.

Hæc quod caſum primum (v. ſupra §. IIX. & IX.) ita ſatis clare deciſa ſunt; quod *ſecundum* caſum attinet, quando quis *ex Ducatu Magdeburgico in aliam provinciam Potentiſſimo Regi itidem ſubjectam* ſe confert, deciſio habetur in §. 3. *d. cap. 56.* quod gabella omnino ſolvi debeat, in verbis: Da aber jemand aus unſerm Hertzogthume Magdeburg unter eine andere Herrſchafft oder Provinz ſich begeben würde, verba enim: oder Provinz, hunc caſum indigitant, *junct.* §. 1. *d. cap. 56.* ibi: oder ſich aus unſerm Hertzogthume Magdeburg in eine andere uns zuſtehende Provinz, &c. quæ noſtra interpretatio adjuvatur Reſcripto Regio de Dato Potsdam d. 20. Julii. 1699. ad illuſtre Regimen hujus Ducatus directo, quod hujus eſt tenoris: P. P. Wir haben aus eurer gehorſamſten Relation von 23. Junii. jüngſthin vernommen, was ihr wegen der Abzugs-Gelder welche der Magiſtrat zu Halle von einem Bürger zu Halle Johann Habermaltzen, der wegen tringender Schulden ſein Hauß zu Halle verkaufft, und ſich von dort nach Havelberg, um daſelbſt zu wohnen, begiebt, fordert, unterthl. berichtet, und was geſtalten ihr interpretationem avthenticam der Magdeb. Policey-Ordnung, welche eurer Meynung nach dießfalls, wann nemlich einer aus dem Hertzogthum Magdeburg ſich in die Marck Brandenburg zu wohnen, begebe, nicht deutlich diſponirete, verlanget. Alldieweiln aber bemeldte Policey-Ordnung *cap. 56.* §. 1. ausdrücklich handelt, daß wenn einer aus dem Hertzogthum Magdeburg ſich wegbegebe, und in eine andere uns gehörige Provinz, oder gar in eine frembde Bothmäßigkeit ſich begeben wolte, und alsdann der Abzug gegeben werden ſolte, und dann in §. 3. gedachter Policey-Ordnung decidiret wird, wann jemand

jemand in eine andere Herrſchafft oder Provinz, welches nicht anders verſtanden werden kan, als wenn er ſich unter einer andern Herrſchafft, oder nur eine Provinz, ſie gehöre uns oder einem andern zu, welches eine andere Provinz iſt, als die Magdeburgiſche daraus er ziehet, hinzöge, alsdann er den zehenden Pfennig zu geben ſchuldig wäre, dafern ſeine Güther über 100 Gülden werth ſeyn; So ſehen wir keinen Zweiffel, wie ſolches anders verſtanden werden könne, und wollen, daß, wie gemeldet, der zehende Pfennig zum Abzugs-Gelde von denen Wegziehenden, und alſo auch von dieſen Bürger gegeben werden ſolle. Wornach ꝛc.

§. XIII.

Progredimur nunc ad *tertium* caſum, quando ſcilicet bona, ſive ſint hæreditaria, ſive alia, *ex Ducatu Magdeburgico in provinciam plane extraneam transferuntur*. Hic clara adeſt diſpoſitio primò quoad caſum *emigrationis & mutationis domicilii cap. 56. §. 3. Ordin. Polit.* Da aber jemand aus unſerm Hertzogthume Magdeburg unter eine andere Herrſchafft oder Provinz ſich begeben würde, der ſoll uns, unſerm Amte, oder der Obrigkeit, darunter er geſeſſen, zur Nachſteuer den zehenden Pfennig ſeiner liegenden Güter (woſern dieſelben über hundert Gülden würdig) ſo hoch er ſie anworden, erlegen. Deinde quoad caſum *ſolius translationis bonorum*, ubi transferens jam antea in alia provincia domicilium ſuum conſtituerat, & ſic quoad perſonam ſuam non emigrat, in *d. c. 56* §. 4. Da auch jemand unter einer frembden Herrſchafft wohnhafft, in unſerm Hertzogthume Magdeburg etwas erwerben, und daſſelbe in ein ander auswärtiges Fürſtenthum und Gebiete wenden wolte, derſelbe ſoll gleichfalls den zehenden Pfennig davon zu geben verpflichtet ſeyn. *Caſus tertius*

§. XIV.

Hic verò diverſæ quæſtiones ſpecialius excutiendæ erunt, *Jus detra-*

Digitized by Google

bendi gabellam originarie competit ſummæ poteſtati.

runt. Quæritur enim primò, *cuinam ſolvenda ſit gabella*, an *ſoli Principi*, an *inferioribus quoque Magiſtratibus*? Valde aliàs diſceptant in ſe DD. Alii jus detractionis ad ſuperioritatem territorialem eique annexa Regalia referunt; alii verò cum jurisdictione illud conjunctum eſſe exiſtimant ita ut quilibet Nobilis & quælibet civitas jurisdictione gaudens ratione juris exigendi gabellam fundatam intentionem habeat, v. quos refert Schröter *de Gabella detractionis & emigrationis* §. XI. quamvis deinde iterum diſputent, utrum modò memoratum jus ad jurisdictionem ſuperiorem, an verò ad inferiorem referri debeat. Nobis ex rationibus ſupra §. VII. adductis ita dicendum videtur. Jus detractionis originariè Regalibus minoribus, ut vocant, adſcribendum eſt, quamcunque ex illis rationibus aſſumas. *Si* enim dicis, gabellam ſolvi in remuneratione pro præſtitâ hactenus defenſione atque ſecuritate; certè ſecuritas publica atque defenſio adverſus aliorum injurias originariè à Principe provenit. *Si* gabellam in penſationem tributi imminuti vel ulterius non ſolvendi, ſolvendam eſſe exiſtimas; nemini jus exigendi tributa& imponendi collectas competit niſi ſoli Principi in Republicâ Monarchicâ, & ergo nemo etjam, præter Principem, in penſationem tributi imminuti aliquid prætendere poterit. *Si* denique fundamentum juris detractionis in eo quæris, quia plurium emigrationibus & frequentibus bonorum translationibus facultates civium non parum minuuntur, & ſic per detractionem gabellæ detrimentum Reipublicæ quodammodo avertitur; ſane cura ſalutis publicæ iterum originariè ad ſolum Principem ſpectat, & per conſequens etiam media

dia

Digitized by Google

dia hancce ſalutem publicam promovendi & conſervandi Principi ſuum adſcribenda erunt.

§. XV.

Ex hujus tamen permiſſione etiam Magiſtratibus inferioribus.

Hæc, quæ adduximus, firmo niti talo exiſtimamus. Interim tamen, quemadmodum aliorum Regalium exercitium ſubditis non raro conceditur a Principe; ita quoque fieri exiſtimamus, ut in multis locis Magiſtratus inferioris etiam jure detrahendi & exigendi gabellam gaudeant, ex conceſſione ſcilicet Principis vel conſvetudine, quæ inſtar tacitæ conceſſionis eſt. Solent autem Principes ea propter ejusmodi jura concedere inferioribus, quia jurisdictio, quam exercent, multa habet incommoda atque onera, præcipue in inquiſitione adverſus delinquentes, in puniendis malevolis hominibus, &c. qui expenſas inquiſitionum ſæpe reſtituere nequeunt, unde æquum eſt, ut commoda eum ſequantur, quem ſequuntur incommoda, quod etiam innuimus, quando ſupra §. *VII. in fin.* diximus, ex caſu, ſi bona *ex ſola juriſdictione*, non autem ex territorio transferantur, illam rationem potiſſimum valere, quod gabella in remunerationem quandam pro præſtita hactenus defenſione atque ſecuritate ſolvenda ſit. De Ducatu noſtro res certa eſt, quod gabella etiam Magiſtratibus inferioribus ſolvi debeat: Dicitur enim ſemper in Ordinatione Politica, prout ex textibus §. *XIII.* adductis patet, Uns, Unſerm Amte, oder der Obrigkeit, darunter er geſeſſen, quod etiam in aliis locis ita obtinet, ſi privilegio, pacto, vel conſuetudine ita fuerit receptum, v. Fritſch. *Exerc. Jur. Publ. E. c. 3. membr. 1. Concluſ. 9. & 10.* Alicubi vero ita obtinere dicunt DD. ut duplex gabella ſolvatur altera domino territorii, ſive Præfecturis; altera Magiſtratui municipali, daß man dem Rathe ſein gewiſſes zur Nach-

Steu-

Steuer giebet, und der Oberherrſchaft auch abſonderlich Abzugs-Geld erlegen muß, ſunt verba Wehneri in *Obſervat. Pract. voc.* Nach-Steuer.

§. XVI.

Scilicet qui juriſdictione criminali pollent.

Sed quid, *ſi juriſdictio ſit diviſa, ita ut unus inferiorem alter vero*, quod ſæpe fieri videmus, *in eodem loco ſuperiorem ſive criminalem juriſdictionem exerceat.* Ordinatio noſtra hunc caſum in ſpecie non tangit, unde quæſtio eſt, cuinam Magiſtratui dicto caſu jus exigendæ gabellæ competat? Mores quidem & hic diverſos eſſe poſſe non ſimpliciter nego; interim tamen communis fere videtur eſſe opinio, quod jus detractionis non competat indiſtincte cuilibet Magiſtratui, ſed illi regulariter tantum, *qui ſuperiorem ſeu criminalem juriſdictionem exercet*, non etiam ei, cui inferior juriſdictio duntaxat eſt conceſſa, Schepliz *in Conſuetud. March. Part. 3. Tit. 8. §. 25.* & poſt eum Berlich. *P. 3. Concl. 52. n. 19.* Ratio tamen non placet, quam ſubjungit Berlichius. Dicit, deductionem, ſive detractionem de bonis transferendis eſſe inſtar vectigalis, vectigalia autem ad eum pertinere, qui juriſdictionem ſuperiorem habet; atqui hoc erroneum eſt, quoniam vectigalia regulariter ad ſolum Principem pertinent, nec cum inferiore, nec cum ſuperiore juriſdictione conjuncta ſunt, unde etiam ex hoc fundamento pro neutra juriſdictionis ſpecie aliquid inferri poterit. Nos genuinum fundamentum eſſe exiſtimamus, quod in *§. præced.* adduximus, quia illi præcipue maxima onera juriſdictionis ob utilitatem Reipubl. promovendam ferre obſtricti ſunt, qui altam juriſdictionem exercent, in quorum compenſationem Princeps exercitium hujus & ſimilium jurium ipſis concedit. Praxis Marchiæ gabel-

lam

Digitized by Google

lam detractionis itidem illi aſſignat, qui jurisdictionem criminalem exercet, vide, quæ ex Scheplitzio & Müllero aduximus ſupra §. *X.* Exemplum hujus rei etiam habemus in noſtra civitate, in qua cum jurisdictio diviſa ſit, ita, ut Senatus criminalem, Prætor civitatis (der Schultheiß und Berg-Richter,) vero civilem exerceat in cives Hallenſes; hinc etiam Senatui competit jus exigendi gabellam detractationis a bonis civium emigrantium, & morientium, ſi heredes exteri eorum hereditatem Hala abducere velint. Singulare tamen hoc eſt, quod Prætori reſervata ſit detractio de rebus ad Geradam & Heergewettam pertinentibus, vigore conventionis inter dictum Senatum & Prætorem initæ d. 21. Junii A. 1599.

§. XVII.

Quantitatem gabellæ quod attinet, ea pro diverſitate locorum iterum varia eſt. Alicubi *centeſima*, *quinquageſima*, vel *viceſima* bonorum portio ſolvitur, Balth. Conr. Zahn. *in Ichnographia Municipali cap. 72. n. 1.* quæ viceſima in Principatu Anhaltinenſi obſervari ſolita, Rhet. *de Sarcina emigrantium cap. 4. th. 4.* In Marchia Brandenburgenſi obtinet *quindena*, ſeu *decima quinta* pars. Müller *Pract. March. Reſol. 1. n. 7. & 8.* Alibi eſt *quarta* pars, aut *tertia*; Beſold. in *Theſaur. Pract. voc.* Abſchoß, plerumque *decima* pars ſolvitur, v. g. in Palatinatu Rheni, Francofurti ad Mœnum, Bambergæ, &c. Wehner *Obſerv. Pract. voc.* Nach-Steuer; unde detractio gabellæ ſæpe detractio decimæ, & Jus detractionis *jus decimationis* dici conſuevit, Schröter *de gabella detr. & emigrat. th. 3.* atque hæc decima etiam in ordinatione noſtra Politica *d. c. 56. §. 3.* exigitur, ibi: zur Nachſteuer den

Quantitas gabellæ potiſſimum in Ducatu Magdeburgico.

Digitized by Google

zehenden Pfennig ſeiner liegenden Güther erlegen. In ipſa civitate Magdeburgenſi, quæ & alias in multis peculiari jure ex conceſſione Potentiſſimi Regis utitur, nihil certi determinatum eſſe, neque ibi gabellam ab emigrantibus aliter, quam jure retorſionis exigi videtur: ita enim ſonant verba der uhralten löblichen Stadt Magdeburg Willkühre *P. 3. §. 2.* So ein Fremder hier Erbe fordern will, ſoll es mit deme gehalten werden, wie es des Orts, da der Fremde wohnet, bräuchlich iſt, jedoch, daß uns auch der Fremde gnugſam Revers und Vorſicherung von ſeiner Obrigkeit bringe, daß uff zutragende Fälle hinwiederum gegen die Unſere dergleichen Abfolgung geſchehen ſoll; intuitu *Geradæ* & rerum *expeditoriarum*, des Heergewettes, vero ita diſponitur *d. P. 3. §. 1.* So jemand in unſrer Stadt Ringmauren, oder Gebieth verſtürbe, und ſeine nächſten Erben allhier in Bürgerrecht nicht nach ſich lieſſe, ſo ſollen des Verſtorbenen Radelebe (Gerada) und Hergewette, jedes mit 10 fl. vinculiret und beſchweret ſeyn, und von denjenigen, es ſey eine oder mehr Perſonen dazu gehörig, die ſolches fordern wollen, uns dem Rath ungehindert und erſtlich bezahlet werden. Quod civitatem Hallenſem attinet, ita ſtatutum deprehendimus in der Ordnung und Verfaſſung über die Adminiſtration und Verwaltung gemeiner Stadt Güther und Einkünffte in der Stadt Halle *Tit. 8. §. 37.* Es ſoll der Abzug, wie derſelbige herbracht, in Mangelung aber eines richtigen und unſtreitigen Herkommens nach unſerer Policey-Ordnung hinführo von den Erben, ſo denſelben zu geben ſchuldig, den Cämmerern entrichtet, und dem Inſpectori von dem Rathe, wie viel, und wovon es ſey, notificiret werden, wobey denn auch das jus retorſionis und die Vergleichung, ſo mit Auswärtigen aufgerichtet, billig in acht zu nehmen, de quo deinde pluribus dicemus.

§. XVIII.

§. XVIII.

In vicino Principatu Halberſtadi-enſi.

In vicino Principatu Halberſtadienſi Gabella olim erat tertia pars, poſtea vero mutata fuit per Reſcriptum Electorale d. A. 1685. d. 3. Febr. prout ex ſequentibus apparet: Wir Friedrich Wilhelm, ꝛc. Fügen hiermit männiglich zu wiſſen, daß Wir auf unterthänigſte Vorſtellung unſerer Regierung, und der ſämtlichen Stände unſers Fürſtenthums Halberſtadt, aus Landes-väterlicher Clemenz und Vorſorge für unſere getreue Stände und Unterthanen, die bishero in Städten und auf dem Lande, von einer Jurisdiction in die andere, von einem Ambte in das andere, ja von einer Nachbarſchafft in die andere, und zwar in linea aſcendente & deſcendente, üblich geweſene und auf den dritten Theil der Güther und Verlaſſenſchafften ſich erſtreckende Nachſteuer und Abſchoß-Gelder mit gutem Vorbedacht, und reiffer Uberlegung der Sache zu Conſervation und Beybehaltung unſerer getreuen Stände und Unterthanen dergeſtalt moderiret, declariret, und ermildert, daß nun hinführo von denen Ständen, Eingeſeſſenen und Unterthanen (allein die vergleitete Juden, derenthalben es bey der bisherigen Obſervanz verbleibet, ausgenommen) an ſtatt des dritten Pfennigs, der zehende, in linea aſcendente & deſcendente aber gar kein Abſchoß, wie dann auch ſo wohl ratione ſucceſſionis & emigrationis, hinführo ein mehres nicht, vielweniger aus einem Ambte, und aus einem Gerichte in das andere, gefordert werden ſoll. ꝛc.

§. XIX.

Limitationes duæ circa detractionem decimæ: Una intuitu portionis majoris detrahendæ.

Diſpoſitio noſtræ ordinationis politicæ, quod decima pars de bonis transferendis ſit detrahenda, duas patitur exceptiones. *Una* eſt, quod *jure retorſionis majus quid* adhuc exigi queat, ſi in aliis provinciis major gabella ab iis exigitur, qui bona ſua in Ducatum Magdeburgicum transferunt. Pertinet huc textus in *Ord. Pol.*

 d. c. 56.

d. c. 56. §. 6. Würden aber auch etliche unſerer Benachbarten, von ihren Unterthanen, ſo ſich in unſer Hertzogthum begeben wolten, oder von unſern Unterthanen, die in ihren Gebiethen Erbe zu fordern haben, ein höhers fordern, und einnehmen, ſo ſoll, wann unſere Unterthanen ſich unter dieſelbe wenden, oder ihre Unterthanen in unſerm Hertzogthume etwas ererben würden, hinwieder Gleichheit gehalten, und ihnen ſolches anderer Geſtalt nicht, denn wie es mit denen Unſerigen gehalten wird, erlaſſen werden. Idem habebatur in der Verfaſſung über die Adminiſtration gemeiner Stadt-Güter zu Halle, loco in §. *XVII. in fin.* adducto. Exigunt vero nonnulli DD. ut ea civitas, quæ jure retorſionis uti vult, probet, quod altera civitas, contra quam retorquendum, antea pari jure uſa fuerit contra civitatem retorquentem, cum hoc in facto conſiſtat, v. Carpzov. *P. 3. C. 38. D. 9.* Berlich. *P. 3. Concl. 51. n. 27. & 28.* Aſt recte hic reſpondent alii, non adeſſe cauſam, quare civitati retorſionis jure uſuræ probatio talis injungi debeat, ſed ſufficere, quod altera civitas hoc jure generaliter utatur, & nulla civitas melius jus ibi expectare poſſit: in dubio enim præſumitur, quod altera civitas tali jure contra ſingulas civitates ſit uſura, quali generaliter adverſus omnes utitur, vid. illuſtr. Stryk. *Uſ. Mod. ff. ad tit. quod quisque jur.* §. 4. Ergo hoc quidem probandum erit, quod altera civitas generaliter majorem gabellam detrahere ſoleat; non vero, quod eo jure in ſpecie contra hanc civitatem utatur, vel uſa ſit, ſed ſufficit, quod contrarium non fuerit probatum.

§. XX.

Altera intuitu minoris &c. Exemplum.

Hæc de prima exceptione. Succedit *altera*, priori directe oppoſita, quod ſcilicet interdum *minus*, vel *plane nihil* exigatur; quando nimirum exteri minus vel nihil ab iis exigunt, qui bona ſua in Ducatum Magdeburgicum

Digitized by Google

gicum transferunt, idque vel absque pacto atque conventione ſpeciali, vel ejusmodi conventione interveniente. Pertinet huc §. 3. *d. c. 56. Ordin, Polit.* Jedoch, da es in berührten beyden Fällen, (emigrationis ſcilicet & transferendæ hereditatis, §. 3. & 4. *d. cap.*) hiebevor mit etzlichen Benachbarten in andere Wege verglichen, oder die frembde Herrſchafft von denen Unſerigen in Erbfällen, oder von denen, die unter uns ziehen, gar keinen oder wenigen Abzug und Nachſteuer nehmen lieſſen, die ſollen dieſer, (lego: dieſen,) oder ja höhern Abzug und Nachſteuer, dann des Orts bräuchlichen, oder auch, wie wir Uns mit derſelben Herrſchafft verglichen, zu erlegen, von uns, unſern Aemtern oder anderer Obrigkeit nicht angehalten werden. Inita eſt ejusmodi conventio inter Regem noſtrum Potentiſſimum ex una, atque Electorem Brunſuicenſem & Ducem Cellenſem ex altera parte, prout hoc ab Illuſtri Regimine hujus Ducatus Magdeburg. ſignificabatur per Edictum publice affixum, ſub dato d. 4. Decembr. 1703. ex quo ſequentia excerpſi: Se. Königl. Maj. in Preußen hätten ſich mit Sr. Churfürſtl. Durchl. zu Braunſchweig und Lüneburg, wie auch mit Sr. Fürſtl. Durchl. zu Braunſchweig und Lüneburg-Zell untern 18ten Septembr. 1702. dahin verglichen, daß von Seiten Sr. Königlichen Majeſtät wegen der Chur-Marck Brandenburg, des Hertzogthums Magdeburg, der Fürſtenthümer Halberſtadt und Minden, ſamt denen dazu gehörigen Graffſchafften, wie auch wegen der Graffſchafft Ravensberg, und von Seiten Sr. Churfürſtl. Durchl. zu Braunſchweig und Lüneburg, wegen des Hertzogthums Braunſchweig und Lüneburg, ſo viel Sie davon jetzo beſitzen, und Ihro hinkünfftig zufallen wird, ſambt denen zu obſpecificirten beyderſeitigen Landen gehörigen Graff- und Herrſchafften, von Seiten Sr. Fürſtl. Durchl. zu Braunſchweig und Lüneburg-Zell aber, wegen der Hertzogthümer Braunſchweig- und Lüneburg-Zelliſchen Antheils, hinführo und zu ewigen

gen Zeiten kein Theil von des andern Unterthanen in benannten Landen, es ſeyen ſolche was Standes oder Condicion ſie immer mögen, wann ſelbige Gelder von verkaufften Erbe, wiederkäufflichen Güthern, von Brautſchatz oder Heyraths-Guth, und wo ſolche Gelder ſonſten möchten herrühren, ingleichen Mobilien und Effecten, als Erbſchafften, Legaten, oder wie das ſonſt den Nahmen haben möchte, aus einem vorerwehnter Länder in das andere transportiren und abhohlen, Abſchoß oder Abzug zu fordern, und zu erheben befugt ſeyn, ſondern ſothane Gelder, Mobilien, Effecten, Erbſchafften, Legaten, Brautſchatz und Heyraths-Guth, und dergleichen von dem Abſchoß und Abzug exemt und befreyet abgefolget werden ſollen.

§. XXI.

Duo adhuc alia exempla.

Subſequuta eſt A. 1706. d. 22. Octobr. ſimilis conventio, quoad prædictas Sereniſſ. noſtri Regis provincias, cum Sereniſſ. Duce Guelpherbytano intuitu des Fürſtenthums Wolffenbüttel, der Graffſchafft Blanckenburg, und des Stiffts Walckenrieth, uti pariter Illuſtre Regimen hujus Ducatus per Edictum, A. 1708. d. 6. Martii publicatum, hoc indicavit. Porro Comites de Iſenburg, Georgius Albertus & Carolus Auguſtus, literas reverſales Budingæ d. 20. Apr. A. 1706. dederunt Cameræ Regiæ Ducatus Magdeburgici, de non exigenda gabella detractionis, hæc vero d. 21. Julii ej. anni cum conſenſu Regis noſtri ſe erga dictos Comites ad paria obligavit. Verba reverſalium reciprocarum hæc ſunt: Als verſprechen und verbinden wir uns hiermit und in Krafft dieſes, daß, woferne itzt oder künfftig ſich zutragen ſolte, daß ein Königlicher Preußiſcher (ein Gräfflicher Iſenburg- und Budingiſcher) Bedienter in unſerer Graffſchafft und Landen (in dieſem Hertzogthum Magdeburg) entweder ſich verheyrathen würde, oder ſonſt einige Güther, ſie ſeyen beweglich oder unbeweglich, darinnen beſäſſe, ſol-

che

che verkauffen, und alſo ſein Vermögen in das Hertzogthum Magdeburg (in gedachte Herrſchafft) transferiren wolte, wir alsdann ſolch Vermögen, es ſey erheyrathet, oder hätten es ſonſt bereits beſeſſen, oder quovis modo ererbet, es beſtehe nun worinnen es wolle, ihnen, ihren Eheweibern und nachgelaſſenen Wittwen und Erben ohne Abzug des zehenden Pfennings jederzeit paßiren laſſen wollen. Wobey wir aber dieſes ausdrücklich bedingen, daß dieſe Reverſales weiter nicht, denn auf Königliche (Gräfliche) Bediente, keines Weges aber auf andere, noch eingeſeſſene würckliche Unterthanen extendiret werden ſollen.

§. XXII.

In ſpecie inter Senatum Hallenſem & nonnullas alias exteras civitates atque locorum Magiſtratus similes conventiones intercedunt, & Reverſales datæ fuerunt; quod aut *nihil*, aut *minor* gabella detractionis exigi debeat; vel etiam docentibus actis publicis, Magiſtratus extranei teſtati ſunt, quod apud eos vel *nihil*, vel *parum* ſaltem, ab hereditatibus alio transferendis gabellæ nomine detrahatur. Quod priorem caſum attinet, ubi *nihil* exigitur, dictus Senatus Halenſis A. 1676. d. 19. Octobr. apud Præfectum *Bitterfeldenſem* interceſſit pro cive Hallenſi, cui in Præfectura Bitterfeldenſi hereditas obvenerat, hoc modo: Die Erbſchaft ohne Abzug abfolgen zu laſſen, mit dem Erbiethen, es in dergleichen Fällen hinwieder alſo zu halten.

Conventiones ſpeciales Senatus Hallenſis cum aliis Magiſtratibus, Bitterfeldenſi, Camburgenſi, Dresdenſi, Islebienſi.

Præfectus *Camburgenſis* A. 1618. d. 27. Jan. ad Senatum hujus civitatis ſcripſit, daß in ſelbigem Amte kein Abzugs-Geld von Erbſchafften hergebracht, noch begehret werde, wann auch gleich die Summe etliche tauſend Gülden betreffe, cum oblatione, eine gewiſſe Erbſchafft aus Camburg nach Halle folgen zu laſſen, dafern der Rath zu Halle einen Revers aushändigen:

digen würde, daß dergleichen Erbſchafft aus der Stadt Halle auf begebenden Fall in ſolch Amt wieder gefolget werden ſolle.

Senatui *Dresdenſi* Senatus Hallenſis reverſales dedit A. 1726. d. 12. Mart. hujus tenoris: So bitten wir freundlich, die Herren wollen ihme und ſeiner Haus-Frauen dasjenige, wozu ſie rechtswegen befugt, ohne einigen Abzug folgen laſſen. Wir ſind des Erbiethens, immaſſen wir uns hiemit dahin verreverſiren, denen Ihrigen in dergleichen geringen Fällen ebener maſſen nichts vorzuenthalten, ſondern ohne einigen Abzug folgen zu laſſen.

A. 1665. d. 17. Novembr. ad interceſſionem Senatus *Islebienſis* decretum eſt a Senatu Hallenſi, die Linckiſche Erbſchafft ohne Abzug folgen zu laſſen, weil albereit wegen anderer alhier abgefoderten Erbſchaft Revers angenommen, und ſelbige ohne Abzug abgefolget worden.

§. XXIII.

Iſenacenſi, Freybergenſi, Golſſenſi, Gothano, Vallis Joachimicæ, Mülbergenſi.

Porro Senatus *Iſenacenſis* A. 1629. d. 20. Sept. reverſales dedit hujus tenoris: Do auch Hillen ſolche Erbſchafft ohne Abzug (aus Halle) könte gefolget werden, ſoll ihnen (denen Bürgern zu Halle) hiernächſt künfftig dergleichen Befreyung geſchehen.

Senatus *Freybergenſis* A. 1590, d. 3. Febr. teſtatus eſt, daß man daſelbſt einem jeden Erbſchafft, ꝛc. ohne allen Befehl geruhiglich folgen laſſe, er führe die auch gleich auſſerhalb Landes, wohin er wolle, und daß man davon aufs Rathhauß nichts geben dürffe.

Pariter teſtatus eſt Senatus *Golſſenſis* in Luſatia inferiori A. 1603. d. 27. Jan. Daß die Erbſchafften aus der Stadt Golße und dem Marggrafthum Niederlaußnitz an fremde

Orte

Digitized by Google

Orthe ohne alle Anſprüche und Verhinderniſſe abgefolget werden.

Senatus *Gothanus* & Hallenſis reverſales mutuo dederunt, hic ſub d. 5. Octobr. 1625. ille ſub d. 13. April. 1692. quæ tamen ad caſum ſpecialem ſolummodo pertinent: Wir vetreverſiren uns hiemit und Krafft dieſes dahin, woferne ſich künfftig dergleichen Erbfall zwiſchen Eltern und Kindern allhier ereignen ſolte, daß wir ſo dann und auf gleiche Maße einen oder den andern Bürger zu Halle, (Gotha) welchen es betreffen möchte, ſolche Erbſchafft ohne einigen Abzug abfolgen laſſen wollen.

Magiſtratus civitatis *Vallis Joachimicæ* A. 1625. d. 15. Maji reverſales dedit hujus tenoris: Wir ſind zu künfftigen Zeiten, da bey allhieſigen Municipio die Hälliſche Bürger oder Mittwohner erblichen was befiehle, ohne Entgeld und unverhindert ſolches hinwieder paſſiren zu laſſen erböthig.

Senatus *Mülbergenſis* ad Senatum Hallenſem ſcripſit A. 1599. d. 6. Julii: Und iſt hierauf an die Herren unſer freundliches Bitten, ihnen . . . die Erbſchafft ohne Abzug folgen zu laſſen, das ſeynd wir hinwieder in dergleichen Fällen gegen euren Bürgern zu thun erböthig.

§. XXIV.

Civitas *Lipſienſis* A. 1561. d. 21. Januar. reverſales miſit, daß geringſchätzige Erbfälle ohne Abzug der gewöhnlichen fünff Goldgülden von Leipzig nach Halle abgefolget werden ſolten; contra Senatus Hallenſis d. 27. Januar. ejsud. anni promiſit, daß dergleichen geringſchätzige Erb- und Verlaſſenſchafften, ſo etwan von 50. 60. bis 100 fl. ſeyn, und ſich erſtrecken möchten, von nun an und zu künftigen Zeiten, auch ohne einziges Entgeld oder Abzug hinüber nach Leipzig ſollen *Lipſienſi & Numburgenſi*

 abge-

abgefolget werden. Ita nunc temporis conventum: poſtea autem conventio illa extenſa fuit ad omnes caſus, tam emigrationis, quam ſucceſſionis, ſine reſpectu ad quantitatem bonorum, prout teſtantur Reverſales Hallenſes de A. 1668. d. 4. Novembr. & Lipſienſes de eodem anno d. 13. Novembr. quæ quoad punctum gabellæ detractionis iisdem verbis conceptæ ſunt: Daß wir bey allen künfftigen Succesſions- und Emigrations-Fällen, ohne Unterſcheid der Summen die Erbſchafften und Bürger von hinnen nacher Leipzig (nacher Halle) ohne einigen Abzug folgen und abziehen laſſen wollen.

Similis conventio eſt inter Senatum *Numburgenſem* & Hallenſem. Hic, Hallenſis, die 13. Decembr. A. 1623. in datis reverſalibus ita promiſit: Wir wollen auch uns gegen die Herren hiermit und Krafft dieſes reverſiret haben, daß wir in gleichen Fällen den Ihrigen nichts vorenthalten, ſondern ebener maſſen ohne einigen Abzug hinwieder folgen laſſen wollen, eamque promiſſionem An. 1635. d. 7. Novembr. iteravit. Senatus ergo Numburgenſis A. 1689. d. 23. April. repromiſit: Da hingegen wir Krafft dieſes verſichern, daß ihren Bürgern in dergleichen Pasſibus ebenmäßige Freyheit gegönnet, und ihnen von hieraus das Ihrige ſine detractione fernerweit willig überlaſſen werden ſolle, provocans ſimul ad obſervantiam, daß dergleichen freye Verabfolgung reciproce ſo wohl von Naumburg nach Halle, als von dannen nach Naumburg gegen jedesmahl ausgeſtellten Revers mehrmahlen unweigerlich geſchehen.

§. XXV.

Pegavienſi, Querfurtenſi, Schneberg enſi, Torgavienſi, Wittebergenſi,

Addimus adhuc alia exempla. Senatus *Pegavienſis* A. 1604. d. 16. Novembr. ita ſe declaravit: Als verwilligen wir hiemit und in Krafft dieſes, do in Zukunfft einer oder mehr von erwehnten Orth der Stadt Halle allhier zu Pegau

Erb-

Digitized by Google

Erbſchafft zu fordern haben würde, das wir demſelben ſolche, und was ſich gebühren wird ... ebenmäſſig hinwieder ohne einigen Abzug unhinderlich abfolgen laſſen wollen und ſollen. *Wunſiedelenſi, & Altenburgenſi.*

Prætor & Senatus *Querfurtenſis* petierunt A. 1604. d. 19. Novembr. a Senatu Hallenſi, ihren Mit-Bürger N. weil er des Ertz-Stiffts Magdeburg Unterthan iſt, und ſie (zu Querfurth) es in gleichen Fällen gegen des Ertz-Stiffts Unterthanen alſo halten, mit dem Abzugs-Gelde zu verſchonen. Item A. 1686. d 29. Jul. idem Senatus ita ſcripſit ſeque obligavit: Wann dann nun uns wohl wiſſend, daß vermöge alter Compactaten und hergebrachter Obſervanz, jederzeit die Erbſchafften von der Stadt Halle ohne Abzug-Geld anhero, und von hier wiederum dorthin gefolget worden; Als verreverſiren wir uns Krafft dieſes, es in Zukunft ferner alſo zu halten.

Senatus *Schneebergenſis* reverſales de A. 1629. d. 7. Maji hujus tenoris ſunt: So bitten wir freundlich, die Herren wollen . . . Ihr daſſelbe (Erbe) ohne Abzug abfolgen laſſen; Wir erbiethen und verreverſiren uns hiermit, daß zu gleichmäſſiger Begebenheit den Ihrigen ebenmäſſig nichts vorenthalten, ſondern in dergleichen geringen Fällen auch ohne Abzug aus unſer Stadt gefolget werden ſolle.

In reverſalibus Senatus *Torgavienſis* d. A. 1614. d. 14. April. talis ſtylus eſt: Obwohl ſonſt von undencklichen Jahren hero es allhier in Ubung alſo gehalten, daß von hinnen ſonderlich gen Halle keine Legata und Vermächtniſſe ohne Abzug gefolget worden; dennoch wir für dießmahl zum Anfange der Frau N. ihr gäntzlich Vermächtniß ohne allen Abzug hinweg nehmen und zukommen laſſen. Der tröſtlichen Hoffnung und Zuverſicht, daß ihr euren freundlichen Anerbieten nach auf zutragende Fälle hinwiederumb Gleichheit gegen die Unſerige halten werdet.

Digitized by Google

Porro Senatus *Wittebergenſis* A. 1601. d. 9. Maji ad Senatum Hallenſem ſcripſit: Wann dann wir uns wiſſen zu erinnern, daß biß dahero euern Bürgern und Einwohnern das Erbe, Gerade und Heergeräthe ohne Abzug gefolget worden; nec non

Senatus *Wundeſiedelenſis* A. 1604. d. 24. Septembr. Bey gemeiner Stadt iſt vor Alters, wie auch noch auf dieſe Stunde nicht gebräuchlich geweſen, vor den Abzug, welches man bey uns ſonſten die Nachſteuer nennet, etwas zu begehren, ſondern man hat einen jeden mit dem Seinigen unaufgehalten und unbegehret einen fl. oder pf. fortgelaſſen, welches hinführo noch geſchehen ſoll.

Senatus quoque *Altenburgenſis* A. 1605. d. 12. Octobr. ſequentis tenoris reverſales dedit: und wollen daher dieſelben dienſtfreundlich erſuchet haben, obbenandte Erbſchafft ohne Abgebung einiges Abzug-Geldes anhero folgen zu laſſen. Wir wollen uns dahinwieder hiermit verreverſiret haben, daß es bey uns in dergleichen Fällen, wie bereits geſchehen, auch alſo gehalten werden ſolle.

§. XXVI.

Ratione minoris ſummæ cum Principe Anhaltino, Senatu Serveſtano, Ienenſi, & Martisburgenſi.

Quod ſecundum caſum attinet, vid. §. XXII. ubi aliquid quidem, ſed *parum* ſaltem exigitur, Joachimus Erneſtus, Princeps Anhaltinus, Deſſaviæ A. 1584. d. 18. Sept. promiſit Senatui Hallenſi, wegen des Abzugs mit ihme Gleichheit zu halten, dergeſtalt, daß von beyderſeits Unterthanen und Bürgern mehr nicht, als 3 Gold-Gülden zum Abzuge ſoll gegeben und angenommen werden. Ubi notandum, quod memoratus Princeps Ioachimus Erneſtus, unus poſt tria ſecula totius Principatus poſſeſſor, ſimul etiam communis Anhaltinorum Principum, nunc in diverſis lineis viventium parens extiterit, vid. Imhoff. *Notit. Proc. Imp. l. 4. c. 11. §. 0*

Digitized by Google

n. §. 9. unde dubium non eſt, quin conventio cum illo dicto modo inita omnes hodiernas eorum Principum lineas obliget.

Senatus Hallenſis etiam A. 1694. d. 15. Januar. Senatui *Serveſtano* reverſales dedit, atque ab hoc eodem anno ſub Dato d. 20. Jan. reverſales mutuo accepit, Sereniſſimis Electore Brandenburgico & Principe Serveſtano conventionem ſpecialiter approbantibus, hujus tenoris: daß ſie reciproce von allen und jeden Bürgern tam in caſum emigrationis, quam ſucceſſionis, bey allen künftigen Fällen, ohn Unterſcheid der Summen, von allen mehr nicht, als überhaupt 5. Gold-Gülden nehmen wollen.

Senatus *Jenenſis* A. 1599. d. 21. Decembr. in literis reverſalibus Halam miſſis teſtatus eſt, daß denen Frembden die Erbſchafften von dar gereichet und abgefolget werden, und niemand etwas abgezogen wird, auſſer ihre (der Stadt Jena) gebührende Erbgerechtigkeit, nemlich von jedem hundert fünff Gülden, und nichts mehr.

Inter Senatum Hallenſem & *Martisburgenſem* diverſis temporibus conventiones initæ, atque reverſales literæ datæ fuerunt, quæ hoc continent, daß in caſu delatæ hereditatis von beyderſeits Bürgern reciproce nicht mehr als ein Gülden Abzugs-Geld gefodert und genommen werden ſolle; quas conventiones Potentiſſimus Elector Brandenburgicus ſub dato Goltze den 18. Sept. A. 1699. in Reſripto, ad Senatum Hallenſem directo clementiſſime confirmavit, hiſce verbis: Wann wir nun ſolche Reverſalien gnädiglich genehm halten, und hiermit conſentiren; Als habet ihr den Rath zu Merſeburg in unſerm hohen Nahmen zu verſichern, daß wann über kurtz oder lang, denen Bürgern und Schutz-Verwandten zu Merſeburg hinwiederum einige Erbſchafft, ſie mag ſo important ſeyn

 als

als ſie immer wolle, in der Stadt Halle zufallen würde, dieſelbe mit einem mehrern nicht, als zu Entrichtung eines Gülden Abzug-Geldes angehalten werden ſollen. Alia plura adducere nolumus brevitatis ſtudioſi.

§. XXVII.

An ejusmodi conventiones ſpeciali confirmatione ſummæ poteſtatis habeant opus?

In caſu, quem ultimo loco adduximus, Senatus Martisburgenſis confirmationem ſuperioris expreſſe deſideravit, atque in ea opinione fuit, ac ſi per Reverſales Senatus Hallenſis ſolum ſibi non ſatis cautum eſſet: intuitu reliquorum adlatorum caſuum plerorumque ejusmodi ſpecialis confirmatio non adeſt, ſi modo conventionem cum Senatu Serveſtano initiam, & in §. *præced.* adductam excipias, unde quæritur: *utrum confirmatio ſpecialis Sereniſſimi ſemper requiratur, & absque ea reverſales Hallenſes validitatem non habeant?* Putamus confirmationem generalem Ordinationi Politicæ inſertam jam ſufficientem eſſe nec ſpecialem ex neceſſitate requiri, ita enim Sereniſſimus legislator in dicta Ordinatione *cap. 56. §. 5.* Jedoch da es in berührten beyden Fällen (emigrationis & delatæ ſucceſſionis) hiebevor mit etlichen Benachbarten in andere Wege verglichen, oder die frembde Herrſchafft von denen Unſrigen in Erbfällen, oder von denen, die unter uns ziehen gar keinen, oder wenigen Abzug und Nachſteuer nehmen lieſſen, die ſollen dieſen, oder ja höhern Abzug und Nachſteuer dann des Orths bräuchlichen, oder auch, wie wir uns mit derſelben Herrſchafft verglichen, zu erlegen, von uns, unſern Aembtern, oder anderer Obrigkeit nicht angehalten werden. Vides, gabellam peti non poſſe, aut ſaltem majorem peti non decere, ſi modo magiſtratus extranei teſtentur, quod apud ipſos nihil, aut parum ſolummodo hoc nomine exigatur ab illis, qui in Ducatum Magdeburgenſem bona ſua transferunt: E absque

dubio

Digitized by Google

dubio ſecundum tenorem ordinationis Politicæ valide exteris promittere poteſt quilibet Magiſtratus, ſe eodem jure uti velle intuitu eorum, qui ex Ducatu, & quovis ejus loco ſpeciali bona ad talia loca transferunt, nam & ſine promiſſione ad hoc jam obligatus erat.

§. XXIIX.

De quibus bonis, & quis judex, an domicilii, an rei ſitæ gabellam detrahat?

Quæſtio proxima nunc ſuccedit de *bonis*, a quibus gabella detrahi poteſt. Communis eſt DD. opinio, quod non ſolum ratione *immobilium* judex rei ſitæ, ſed quoque ratione *mobilium* judex domicilii gabellam detrahere queat, adeo, ut ſi quis in aliquo loco domicilium habuit, & ibi deceſſit, mobilia vero in alio loco exiſtant, gabella detractionis non Magiſtratui ejus loci, ubi mobilia inveniuntur, ſed Magiſtratui domicilii debeatur, ita, ut ſi in loco domicilii jus detractionis non ſit in uſu, ſed in loco, ubi mobilia ſunt, uſurpetur, detractioni omnino nullus locus relinquatur; & contra, ſi quis in quodam loco domicilium quidem habuerit, ſed alibi moriatur, gabella hæc non Magiſtratui mortis loci, ſed domicilii competat, cujus aſſerti ratio hæc eſt, quod mobilia perſonam domini ſui, ejusque domicilium ſemper ſequi dicantur, hic quem ille Magiſtratum agnoſcit, ejus jurisdictioni bona mobilia ſunt obnoxia. vid. Gail. *L.* 2. *Obſ.* 124. *n.* 18. Scheplitz *in Conſuet. March. Part.* 3. *tit.* 8. §. 6. *n.* 2. 3. *ſeqq.* Berlich. *P.* 3. *Concl.* 52. *n.* 64. *usque ad n.* 70. Quod *ſi quis nullum domicilium habet*, ut vagabundi, item ſcribæ Nobilium, Doctorum & aliorum miniſtri atque famuli, tunc, ſi ſupellectilem & alia bona mobilia ſecum habent, ad illius loci Magiſtratum, ubi ille moritur, gabella ſpe-

ctat;

Digitized by Google

ſtat; ſin bona ſecum non habent, gabellam detrahit Magiſtratus loci, ubi eadem deprehenduntur, Scheplitz *d. P.3. tit.* 8. §. *23. n. 1. ſeqq.* Berlich. *d. Concl.52. n.71. & 72.* Hæc ita communiter obtinent. Verum ex ordinatione noſtra Politica *c.* 5. 6. §. 3. dubium aliquod oritur circa bona mobilia, ſcilicet dicitur ibi: Daß der Abziehende den Zehenden Pfennig ſeiner liegenden Güter, wofern dieſelbe über 100. Gülden würdig, erlegen ſolle; quibus verbis gabella ad bona immobilia ſolum reſtricta eſſe videtur, excluſis bonis mobilibus. Nihilominus tamen nos ordinationem de omnibus bonis generatim intelligendam eſſe exiſtimamus, ita ut vocabulum, liegende Güter, idem ſignificet, ac *res ſitæ*, tales vero in jure haud raro, v. g. in materia de foro rei ſitæ, non ſolum immobiles, ſed quoque mobiles res complectuntur. Accedit, quod in §. 4. *Ord. Polit.* ubi de translatione hereditatis delatæ agitur, generaliter dicatur: etwas ererben, und daſſelbe in ein ander auswärtiges Fürſtenthum und Gebiete wenden wolte ubi per vocem, etwas, ſine dubio & mobilia intelliguntur; præterea etiam praxis huic noſtræ interpretationi conformis eſt.

§. XXIX.

An de rebus exiguis gabella ſolvenda?

Sed quid de *veſtimentis*, *rebus linteis*, *cibariis* & ſimilibus ſentiendum? Müller. *Reſol.* 13. teſtatur, experientiam Marchicam docere, veſtimenta quotidiana vel attrita, resque linteas, utenſiles, ſupellectilem, eſculenta, potulenta, & ſimilia, quæ exigua ſunt, detractioni obnoxia non eſſe. Hoc in dubio alibi etiam obtinere cenſemus, niſi vel lex provincialis, vel mores contrarii adſint.

§. XXX.

Digitized by Google

§. XXX.

In computatione quantitas gabellæ ad pretium illud, quod migrans revera accepit, reſpicitur, *Ordin. Polit. cap. 56. §. 3.* ibi: ſo hoch er ſie anworden. Cum vero non omnia vendantur, ſed v. g. mobilia pretioſa ipſa ſæpe ab uno loco ad alterum transferantur; hinc tali caſu res transferendæ ab ejusmodi hominibus, qui earum rerum peritia inſtructi ſunt, in præſentia vel ipſius Magiſtratus, vel ejus deputatorum, legitimo modo æſtimari ſolent, ut ita nec fiſcus circumveniatur, neque emigrantes, aut bona hereditaria transferentes præjudicium ſentiant, v. Rhet. *de Sarcina emigrant. c. 4. th. 5.* Imo interdum ipſis migrantibus bona ſua interpoſito jurejurando æſtimare permittitur. Aſt, ſi hoc caſu jurans fraudulenter nonnullas res vel plane reticeat, vel alias minoris æſtimet, bona non indicata fiſco ſimpliciter addici ſolent, & huic etiam fiſco permittitur, ut res minoris æſtimatas pro eodem pretio recipere, ſibique retinere poſſit, v. Wehner. *Obſ. Pract. voc.* Nachſteuer; melius enim remedium coercendi malitiam defraudatorum vix dari poteſt.

Æſtimatio bonorum quomodo inſtituenda?

§. XXXI.

Quemadmodum de omnibus bonis ad maſſam hereditariam ſpectantibus, ita quoque de rebus *legatis* gabella ſolvi debet: quæritur autem, a quo, *an ab herede, an a legatario*? Placet opinio, quod legatarius ad præſtationem gabellæ ſit obſtrictus, quoniam ille ſolus ex re legata emolumentum percipit, *arg. l. 10. ff. de R. I.* Carpz. *P. 3. C. 38. D. 20.* Porro de *nominibus* etiam gabellam præſtandam eſſe DD. communiter volunt, ſi ſcil. Statutum generaliter dicat, quod *omnium bonorum*, vel etiam

Quid iuris circa legata & nomina?

E ſim-

ſimpliciter, quod *bonorum* portio certa Magiſtratui debeatur, quo pertinent verba Ordinationis noſtræ Politicæ *d. c. 56* §. *3.* ſeiner ligenden Güter, & §. 4. etwas ererben, und daſſelbe in ein ander auswärtiges Fürſtenthum und Gebiethe wenden wolte. Equidem nonnulli DD. diſtinguunt, utrum contractus inter creditorem & debitorem in loco domicilii defuncti celebratus, vel ſolutio etiam eo deſtinata fuerit, an non, ita ut priori caſu ſolum gabella ſit ſolvenda, non vero poſteriori. Jac. Schultes *in Addit. ad Modeſtin. Piſtor. P. 2. Quæſt. 124. n. 124. ſeqq.* Verum recte adſtruunt alii, eam diſtinctionem ad illum ſolummodo caſum pertinere, quando de fori competentia agitur, ita, ut illud forum contractus dicatur, ubi contractus vel ſimpliciter celebratus, vel ſolutio eo deſtinata fuerit; in hac autem materia nihil intereſſe, an in hoc, vel alio loco debitor & creditor celebraverint contractum, huc, vel in alium locum ſolutionem deſtinaverint, quoniam nomina, jura & actiones loco non circumſcribuntur, ſed ex perſona creditoris æſtimantur, atque in eo loco eſſe dicuntur, ubi creditor domicilium habet, quod fuſius perſequitur Berlich. *P. 3. Concl. 52. n. 79. ſeqq.*

§. XXXII.

Item circa bona paterna & materna juvenum vel virginum: item circa dotem.

De bonis tam paternis, quam maternis juvenum & virginum, qui poſt mortem parentum ex Ducatu Magdeburgico in aliam provinciam, matrimonii inibi ineundi cauſa, ſe conferunt, ut & de dote, gabellam non exigit Ordinatio Politica *d. c. 56.* §. *7.* Wann ein junger Geſelle oder Jungfrau nach Abſterben ihrer Eltern, ſo in unſerm Hertzogthume Magdeburg gewohnet, unter eine andere frembde Herrſchafft heyrathen, ſollen dieſelben von ihren väterlichen und mütterlichen Erbtheile keinen Abſchoß geben: Wie denn auch

die

die Kinder von dem Ehe-Gelde und andern zur Ausſtattung gehörigen Sachen, ſo ihnen ihre Eltern bey ihren Leben zwar verſprochen, aber ehe es abgeſtattet, dieſe verſtorben, keinen Abzug zu geben ſchuldig ſeyn, wann ſie ſich in andere Lande wenden, ob gleich dasjenige, was ihnen die Eltern zum Ehe-Gelde und ſonſt zur Ausſtattung verheiſſen, allererſt aus der Erbſchafft bezahlet wird. Cum vero hic caſus poſt §. *6. d. c. 56.* in quo de jure retorſionis agebatur, poſitus, & ſic dictum jus retorſionis in hocce caſu excluſum fuerit, & vero hæc res in præjudicium civium Magdeburgicorum quodammodo vergere videretur, hinc diſpoſitio adducta per novam Conſtitutionem de A. 1693. d. 28. Auguſti declarata & mutata fuit, prout patet ex ſequentibus: **Wir Friederich der Dritte von G. G.** ꝛc. thun hiermit kund und zu wiſſen, daß in der A. 1688. publicirten Policey-Ordnung unſers Hertzogthums Magdeburg Cap. LVI. von der Nach-Steuer und Abzuge oder Abſchoſſe, §. 7. enthalten, daß, wann ein Junger-Geſelle oder Jungfrau, nach Abſterben ihrer Eltern, ſo in gedachten unſerm Hertzogthum Magdeburg gewohnet, unter eine andere frembde Herrſchafft heyrathen, dieſelbe von ihrem väterlichen und mütterlichen Erbtheile keinen Abſchoß geben ſollen, ſolches aber unſern bey dergleichen Nach-Steuer habenden Landes-Fürſtlichen Befugnüß, auch der vormahligen Obſervanz und Landes-Gewohnheit nicht conform iſt, ſintemahl der Brautſchatz, und was einer zum Heyrath-Gelde auch zur Ausſtattung bekommen, oder was einem und dem andern ſeine Eltern, da die noch am Leben wären, nach Ermäſſigung der Obrigkeit zum Heyrath-Gut, oder Ausſtattung hätten mögen ausgeben in vormahligen Ertz-Stiffte unſers Hertzogthums Magdeburg von langen Jahren her nur vom Abzuge befreyet geweſen, es auch eine gantz unbillige Sache ſeyn würde, wann jemand aus unſerm Hertzogthume Magdeburg in andern auswärtigen Gebiethen heyrathete, daß er daſelbſt notoriè von ſeiner Ehe Frauen

Digitized by Google

Erb-Portion den Abſchoß geben müſte, und hergegen, wann jemand aus auswärtigen Gebiethen in unſerm Hertzogthum Magdeburg heyrathete, daß derſelbe davon befreyet ſeyn ſolte; Als wollen wir, daß es bey vormahliger in dieſen Landen hergebrachten Gewohnheit und Obſervanz allerdings ver bleiben, und hierunter nichts geändert werden ſoll, geſtalt wir auch aus der uns zuſtehenden Landes-Fürſtlichen Hoheit beſagten §. 7. Cap. LVI. der neuen Magdeburgl. Policey-Ordnung Kraft dieſes dergeſtalt ändern, auch hierdurch ſolches allen Obrigkeiten, Gerichtshabern und ſämmtlichen Unterthanen unſers Hertzogthums Magdeburg, und der Grafſchafft Mansfeld unſerer Magdeburgiſchen Hoheit bekandt machen und befehlen, bey obſtehenden Fällen es mit dem Abzuge, wie vorher erwehnt, zu halten, und daß Heyrath-Guth, nebſt der Ausſtattung von dem Abſchoß zwar ſo lange frey zu laſſen, bis nach der Eltern Todte Dos und das Heyrath-Guth conferiret, und alſo die Eigenſchafft einer Erb-Portion annimmet, hernach aber ſo wohl davon, als von allen väterlichen und mütterlichen Erb-Portionen, ſo in fremde Territoria transferiret werden, den Abzug zu fordern und einzunehmen. Wornach ꝛc. Cöln an der Spree, den 28. Auguſti 1693.

§. XXXIII.

Quid juris de bonis hereditariis ad alium locum non translatis?

Cautelam vero, ne quis propter bona hæreditaria delata gabellam ſolvere teneatur, hanc ſuppeditant DD. ut ſcilicet heres, legatarius, vel alius, cui hereditas, legatum, vel ſimile quoddam obuenit, hereditatem non dividat & portionem ſibi debitam alio transferat, ſed in loco relinquat, & quotannis fructus & reditus inde percipiat, Scheplitz *in Conſuet. March. P. 3. tit 8. §. 12. n. 2. &* §. *16. n. 1. ſeqq.* Berlich. *P. 3. Concl. 52. n. 89.* Wehner *Obſerv. Pract. voc.* Nach-Steuer. Diſſentiunt Deciſiones Lynkerianæ *Dec. 262.* verum ratio generalis ibidem adducta non adeo firma eſſe videtur. Dicitur: Der Abzug

Digitized by Google

zug beſtehe darauf nicht ſchlechterdinges, daß jemand ſein Vermögen aus denen Gerichten wegnimmt; ſondern daß derſelbe die Obrigkeit des Orths verläſſet, und unter ſolcher nicht länger bleiben will, geſtalt denn manchen die Beſorgnüß des Abzugs zurück hält, daß er ſeine Güther behält, womit der Obrigkeit mehr gedienet iſt, als daß ſie die Perſonen der Unterthanen ſich muß vermindern laſſen; unde concluditur, Domino jurisdictionis gabellam deberi licet, v. g. pretium ex re vendita redactum permaneat in denen Gerichten. Aſt vero, hæc eſt principalis ratio, quare gabella detrahitur, quod bona ex uno territorio in aliud transferuntur, alias enim & illi ad gabellam obligarentur, qui nulla quidem bona poſſident, de uno tamen loco ad alium ſe conferunt. Quis vero ab hiſce gabellam exigeret? Imo, quod ad bona principaliter reſpiciatur, ipſa rationis adductæ verba, geſtalt dann manchen die Beſorgnüß des Abzugs zurück hält, daß er ſeine Güther behält, womit der Obrigkeit mehr gedienet iſt, ꝛc. ſatis innuunt, unde non adeo cohærent ſequentia, als daß ſie die Perſonen der Unterthanen ſich muß vermindern laſſen; ſed convenientius dictum fuiſſet, als daß ſie die Güther aus denen Gerichten muß wegbringen laſſen.

§. XXXIV.

Aſt, dicis, hac ratione fructus atque reditus, quotannis in aliud territoriũ, vel aliam jurisdictionem transferuntur. Concedo; ſed hoc nullibi prohibitum eſt, verum ſufficit, quod ſi bona immobilia ſunt, tributa non minus ac antea ſuperiori de illis ſolvantur; vel, ſi pecunia eſt, quod cives ea ad inſtruendam rem familiarem, augenda & promovenda commmercia, aliosque ſimiles fines Reipubl. admodum proficuos, uti queant. Diminutio numeri civium, quæ per diſceſſum unius alteriusve fit, & ſic admodum exigua eſt, parum, vel nihil

Reſpondetur ad rationes dubitandi.

Digitized by Google

nocet Reipubl. aut magiſtratui, & deinde, quod præcipue adhuc notandum eſt, gabella debetur de bonis hereditariis eo etiam caſu, quando bona transferens antea nunquam noſter civis, vel ſubditus fuit unde tunc ratio de diminutione perſonarum, ejusque diminutionis odio atq; incommodo nulla ratione applicari poteſt. Illud interim in eo caſu, quando hereditas, vel legatum in parata pecunia conſiſtit, neceſſarium eſſe exiſtimo, ut heres vel legatarius idoneam cautionem præſtet, ſe pecuniam in loco delatæ hereditatis ſemper relinquere, aut, ſi futuro tempore eandem alio transferre placuerit, conſuetam gabellam adhuc ſolvere velle; eatenus enim ſolummodo valent, quæ in iisdem Deciſionibus Lynckerianis *Deciſ. 268.* habentur, daß die Mobilien und Capitalien keine Verſicherung geben ꝛc. ex qua Deciſione hoc ſimul obſervandum, quod dicatur, 'es ſey auf die Güther ſelbſt, und nicht auf das bloſſe Bürger-Recht zu ſehen, Deciſio 262. vero ad perſonam principaliter reſpiciendum eſſe volebat.

§. XXXV.

An liberetur a gabella detractionis, qui poſt annum vel biennium poſt aditionem hereditatis emigrat?

Aliud remedium, ut quis in caſu delatæ ſucceſſionis a gabella immunis ſit, ſuppeditat Müller. *in Pract. March. Reſol. 8. n. 8. ſeqq.* Sin vero, inquit, liberi, vel viduæ, aut etiam extranei heredes, poſt diviſionem, vel aditionem hereditatis more civico per aliquod ſpatium, ut puta biennii, aut unius anni, focum & ignem retinuerint & ſic permanſerint in loco hæreditatis delatæ, aut bona ibi poſſederint, oneraque de iis ſolverint, & poſtea emigraverint, bonaque omnia, vel eorum pretium ſecum transtulerint, non obſtricti ſunt, de ejusmodi bonis, tanquam ſuis & non amplius hereditariis, quindenam (juxta leges Marchiæ) perſolvere, quem in finem Schep-

litzi-

Digitized by Google

litzium, Kohlium, Reygerum, aliosque allegat. Ita in Marchia obtinet, ex illa quidem ratione, quoniam gabella emigrationis ibi non eſt in uſu, v. *Rec. prov. March. de A.1540.* Muller. *Reſol.16 n.9.* qui *cit. Reſol.8. n. 9.ſeqq.* præjudicia huc pertinentia adducit. Verum enim vero in aliis locis, ubi a migrantibus non minus, ac ab illis, qui hereditates ſibi delatas alio transferunt, gabella exigitur, quod in Ducatu Magdeburgico juxta ſuperius dicta etiam fieri conſuevit, in illis, inquam, locis cautela illa non procedit, v. Berlich. *P.3. Concl. 52. n.90.* ibi: *niſi etiam in illo loco in ſpecie detractio migrationis obſervetur;* quippe per quam, & alias, lex de ſolvenda gabella hereditatis ſemper circumveniri & eludi poteſt.

§. XXXVI.

Quasdam adhuc alias cautelas in promptu Doctores habent. Ita dicunt, legatarium a gabellæ ſolutione liberari, ſi confidit de herede, & pro forma legato renunciat, vel apocham privatam ſuper debito legato fieri curat: item, ut filius, vel alius, cui hereditas deferri ſperatur, accepta ſua portione hereditati ſufficienter renunciet: item, ſi de immobilibus tantum gabella exigi ſoleat, ut hereditas hoc modo dividatur, quo ille, qui ex coheredibus extraneus eſt, mobilia ſolum atque jura pro ſua parte accipiat, cætera relinquantur coheredibus, qui in ea provincia, ubi hereditas delata eſt, domicilium conſtituerunt aut conſtituere volunt, quas & ſimiles cautelas vide apud Berlichium, *d. Concl. 52. n.91.ſeq.* & Schröterum *de gabella detract. atque emigrat.* §.70. Verum, illæ cautelæ naturam cautelarum Cœpollæ iniquarum ſapiunt, & ſic in Ducatu noſtro locum non invenient. Sed forte, inquit ipſe Schröterus *loc. cit.* quædam ex hiſce cautelis periculoſæ ſunt; *Cautelæ aliæ Doctorum iniquæ.*

Digitized by Google

ſunt & in eum finem excogitatæ, ut publicum defraudetur, juxta tritum illud: inventa lege inventa eſt fraus, ſed non approbata per legem. Certe pacta privatorum juri publico derogare non poſſunt, *l. 42. ff. de pact.* & quod prohibitum una via, non cenſetur altera permiſſum, *l. 32. ff. eod. l. 8. §. 20. ſ. de transact.* neque dolus alicui ſuus patrocinari debet, *l. 12. ff. de dol. mal.* Audio quidem obſtrepere Berlichium *d. l. n. 93.* Statuta gabellam introducentia eſſe odioſa & ſic ſtrictiſſime interpretanda, & de uno ad alium, etiam ſimilem caſum non extendenda, ac vero v. g. hereditatis renunciationem proprie ſub nomine hereditatis & ſucceſſionis non contineri. At nego, ea Statuta eſſe odioſa, cum intuitu Principum & Magiſtratuum potius ſint favorabilia, & ſic extendenda; nego, ea Statuta ſemper ſtricte eſſe interpretanda, præcipue, ſi ex ſtricta illa interpretatione abſurditas aliqua & eluſio Statutorum, uti hoc noſtro caſu, promanat. Statuta ſunt legum ſpecies & hinc etiam ut aliæ leges eadem interpretari convenit. Ex quibus ſimul apparet, erroneum eſſe, quod idem Berlichius aſſerit *d. l. n. 58. ſeqq. in donationibus mortis cauſa* non eſſe locum juri detractionis, quia illæ in odioſis non comparentur legatis, unde eum recte refutat Müller. *Reſol. 15. n. 17. & 18.*

§. XXXVII.

Incola æque ac cives debent gabellam ſolvere.

An ſoli cives, an vero *incolæ* etiam migrantes ad gabellæ ſolutionem teneantur? varie diſputatum invenio apud DD. ex hac quidem cauſſa, quod non ſatis diſtincte proceſſerint, ſed rem generaliter definire voluerint, quæ ita definiri nequit. Incola eſt, qui in numerum civium non quidem receptus, domicilium tamen ſuum in aliquo loco conſtituit, quod vel ex declaratione expreſſa colligitur,

tur, vel ex eo, ſi quis omnia bona ſua, vel majorem eorundem partem in aliquem locum transfert, ibique poſſidet, v. Mev. *ad jus Lubec. l. 1. tit. 2. ad rubr. n. 53. ſeqq.* hic perinde ad gabellæ ſolutionem tenetur, uti civis, quia rationes ſupra §. *VII.* adlatæ ad ipſum quoque quadrant: fruitur enim communi defenſione tam intuitu perſonæ, quam bonorum, & per domicilii conſtitutionem omnibus oneribus ſeſe ſubjicit, *v. Mev. d. l. n. 68.* & *P. 7. Dec. 365. ab init.* Unde etiam Judæi emigrantes, quamvis cives non fuerint, ad gabellam tenentur, Müller. *Reſol. 16. n. 5.* Diſſentientes ſuam theſin ita limitant, ut plane corruat ea, ſcilicet incolas teneri ad gabellam, *ſi jurisdictioni ſpecialiter ſe ſubjecerint*; aſt vero omnes incolæ regulariter jurisdictioni Magiſtratus ſeſe ſubjiciunt eo ipſo, dum domicilium conſtituunt: quamvis enim quidam per privilegium eximi queant, hoc tamen ad caſus ſpeciales ſolummodo pertinet, non ad regulam, v. Rhet. *de Sarcina emigrant. c. 4. th. 17.* Recte Vitriarius *Inſtit. Jur. Publ. l. 3. t. 18. §. 47.* forenſes, inquit, indiſtincte ad ſolutionem gabellæ detractionis obligantur, ſive tales ſint, qui durante ſuo incolatu apud nos bona acquiſiverunt, ſive forenſes, qui ſaltem bona in territorio exiſtentia alibi transferre volunt, nam & hi reſpectu bonorum in territorio ſitorum ſtatutis obligantur, & licet non fruantur defenſione ratione perſonæ, bene tamen intuitu bonorum ſuorum illa gaudent, & horum etiam intuitu ad onera rei inhærentia ferenda obſtricti ſunt. Ad bona enim, uti ſupra dictum, principaliter reſpicitur.

§. XXXVIII.

Suppoſuimus in §. *præced.* quod incola jurisdictioni Magiſtratus, qui gabellam prætendit, ſeſe ſubjecerit. *Nec tamen clientes nec*

F Non

Qui ad tempus in aliquo loco habitant. Non ergo confundendus cum eo *cliens*, qui alterum protectorem aſſumit, non vero ejus jurisdictioni ſe ſubjicit, & hinc etiam ad gabellam protectori ſolvendam non tenetur, ſi ſcilicet protector eſt mere talis, & non ſimul jura territorialia, aut jurisdictionem exercet, quod regulariter non obtinet, v. Gail. *L.2. Obſ.54.* Rhet. *d. c.4. th.17.* Nec ille, qui *ex cauſa temporali* in aliquo loco commoratur, vel propter belli, peſtis aliamque calamitatem, vel propter munus, quod ſuſtinet, vel propter contractum ſpecialem, v. g. ſi bona in aliquo loco conduxit, Muller *Reſol.9.n.21.* Unde in caſu, ubi quidam a Senatu urbano apothecam, ſive pharmacopolium pro locario annuo conduxerat, eoque defuncto ab heredibus gabella exigebatur, juri detractionis locum relictum non fuiſſe aſſerit Mevius *P.7. Dec.365.* domicilium enim, ut incolatum faciat, requirit animum fortunas ſuas in aliquem locum transferendi, & ibidem jure civitatis utendi, id. *d. l. n.2. in not.* Non obſtat, quod conductor ratione rei conductæ & contractus celebrati jurisdictioni Magiſtratus loci ſubjiciatur; Reſpondemus, eum tamen non ſubjici jurisdictioni ratione omnium ſuarum fortunarum, quippe quas in eum locum, animo ibi perpetuo manendi, translatas non fuiſſe ſupponimus. Forum contractus eſt forum ſpeciale, ex quo neque civium, neque incolarum jura in univerſum dijudicari poſſunt. Ordinatio noſtra Politica de hiſce caſibus quidem in ſpecie non diſponit; interim tamen ex verbis §. *1.2. & 3. d. cap. 56.* Wann etliche verkauffen: in eine andere Stadt . . . ziehen, und alda ſich niederlaſſen: unter fremde Bothmäſſigkeit begeben, ꝛc. ſatis liquido colligitur, gabellam migrationis ſolummodo ſolvendam eſſe ab iis, qui domicilium aut bona in Ducatu

Digitized by Google

tu Magdeburgico habuerunt, illud vero domicilium nunc in alio loco conſtituere volunt.

§. XXXIX.

Quid ſi quis *invitus* migrat? Si neceſſitas *ex facto & culpa migrantis* proficiſcitur, DD. pleroſque, ſi non omnes, conſentientes deprehendo, gabellæ exactioni locum eſſe, v. g. ſi debitor obæratus executionem judicis patitur, & bona ſua alienare cogitur; aut, cui propter delictum aliquod e civitate migrare, ſeque cum bonis ſuis in alium locum transferre injungitur, v. Berlich. *P. 3. Concl. 52. n. 17. & 18.* Aliud obtinet, ſi quis ſine omni ſuo facto vel culpa emigrare tenetur, quod optime intelligi poteſt, ex iis, quæ habet Müller *Reſol. 16. n. 27. & 28.* In Marchia, inquit, ita obſervatur, ut ruſticus, qui a Domino vel Nobili ſuo ſecundum conſuetudinem emigrare coactꝰ, wird ausgekauſt, gabellam, alias in eo loco uſitatam, ſolvere non teneatur, prout judicatum A. 1617. d. 8. Sept. Mit dem Abzug-Gelde aber werden ſie, indem ſie nicht freywillig, ſondern auf Beklagtens Unterſagen geräumet, und ſich anderwärts niedergelaſſen, billig verſchonet. Hactenus conveniunt DD. ſed circa hanc quæſtionem maxime diſſentiunt: utrum gabella recte exigatur, *ſi v. g. Magiſtratus Romanæ Religioni addictus ſectatorem Lutheranæ, vel Reformatæ confeſſionis emigrare jubeat?* Affirmativam cum Scheplizio aliisque tuetur Müller *d. Reſol. 16. n. 24.* negativam vero propugnat Mylerus ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. P. 2. c. 63. §. 7.* Vitriarius *Inſtit. Jur. Publ. l. 3. t. 18. §. 52.* & alibi. Nobis affirmativa præferenda videtur, quam & praxi conformem eſſe fatetur ipſe Mylerus *loc. alleg.* Fundata eſt *in Inſtrum. Pac. Osnabrug. art. 5. §. 37.* ubi dicuntur, quod emigrantes, ſive *voluntarie,*

An & quatenus gabellam ſolvant coacte emigrantes?

ſive *coactè* migrationem ſuſcipiant, reverſalibus inuſitatis, vel *decimationibus ſubſtantiæ ſecum exportatæ plus æquo extenſis* prægravari non debeant; ex quo à contrario ſenſu liquido colligitur, decimationibus uſitatis, & plus æquo non extenſis omnino locum eſſe, ipſa enim res non tollitur, ſed ſaltem iniqua ejus extenſio in odium emigrantium diverſæ religionis forte ſuſcipienda; v. Rhet. *Inſt. Jur. Publ. l. 2. tit. 14.* §. 1. Equidem ratio, quam Vitriarius *loc. cit.* adducit, alias non contemnenda eſſe videtur; dicit enim, culpa Principis fieri, quod illi dominium in bonis ſubdit. emigrantis ſubtrahatur, & ſic pro damno reputari non poſſe, quod Princeps ex emigratione ſentit; verum tenor conventionis publicæ modo adductæ facit, quo minus ex ratione illa ſententiæ Vitriarii ſubſcribere queamus.

§. XL.

An de feudis gabella ſolvenda?

Quamvis vero alias omnes ſubditi, ſive *ruſtici* ſint, ſive *cives* in urbibus, ſive *Nobiles*, ad gabellæ ſolutionem teneantur; nihilominus tamen *feuda* Nobilium excipiuntur, quippe quæ ſub generali, vel univerſali bonorum voce non comprehenduntur, ſive ſint antiqua, ſive nova, vel ex allodiali pecunia comparata, quia hæc omnia propriam feudorum naturam retinent. Excipiuntur tamen, & oneri detractionis ſubjecta ſunt *feuda mere hereditaria*; quæ ad quoscunq; heredes, etiam extraneos, aut conjugem ſuperſtitem, nullo ſexus diſcrimine habito tranſeunt; nec non *feuda ruſtica*, qualia in Marchia & Pomerania ſunt die Lehn-Schultzen-Gerichte, Lehn-Krüge, quæ, prout alias, ita & hoc intuitu a natura feudorum nobilium in multis degenerant, qua de re fuſius ait Müller *in Pract. Marchi. Reſol. 11.* conf. etiam *Reſol.* 7. In Ducatu Mag-

Digitized by Google

Magdeburgico Nobiles a gabella ſimpliciter immunes ſunt, prout ex loco infra §. XLIII. adducendo patebit.

§. XLI.

Bona, de quibus gabella, ſive in caſu emigrationis, ſive transferendæ hæreditatis, ſolvenda eſt, a Magiſtratu arreſtari & tam diu detineri poſſunt, donec portio illa ſolvatur, Berlich. *P. 3. Concl. 52. n. 86.* adeo, ut pro relaxatione arreſti ex hac cauſa non decernantur mandata in Camera eſt enim hic caſus inter exceptos, v. *Rec. Imp. de A. 1594.* §. Und ſo viel 82. ibi und die ihrer Eigenſchafft nach wahre und in Rechten verbotene Arreſta genennet werden, zu verſtehen, und ad licita de jure permiſſa arreſta, welche ratione contractus confeſſati, vel judicatæ conventionis, pacti, transactionis, conſuetudinis, privilegii, auch gewöhnlicher hergebrachter Nachſteuer, Abzug, rechtmäſſig erlangen, und gewöhnlichen Zolls halben ſich zutragen möchten, nicht zu extendiren ſey, item §. 84. alſo auch, ſo der Nachſteuer halben gegen den Unterthanen Arreſta angeleget würden &c. Alias etiam magiſtratui *tacita hypotheca* in bonis exportandis competit, *d. Rec. §. de A. 1594.* §. alſo auch 84. ibi ſollen dieſelbige, in Erwegung der Unterthanen Güther, nach Ausweiſung der Rechten tacite, oder ſonſten altem Gebrauch und Herkommen nach, vormänniglich darum verhafft, hypothecirt, und afficirt.

Si gabella non ſolvatur, bona a Magiſtratu detineri poſſunt.

§. XLII.

Ex dictis verbis: vormänniglich darum verhafft; ſimul apparet, quod Magiſtratus, orto forſan concurſu creditorum, privilegio prælationis gaudeat præ reliquis creditoribus, & in prima creditorum claſſe collocandꝰ ſit, non minus ac intuitu aliorum onerum publicorum, cum quo convenit die Magdeb. Proc. Ordn. *cap. 49. claſſ. 1. §. 14.* verb. und was ſonſt dem Fiſco, oder Publico, auſſer Bau-Bier-und Wein-Keller-Schulden gebühret. Placet autem hic diſtinctio

An Magiſtratus jure prælationis gaudeat in concurſu creditorum?

Digitized by Google

Mevii P. *2. Dec. 161.* inter debita, quæ jam *ante ſuſceptam translationem bonorum*, & quæ *poſtea* contracta ſunt: priora ſunt ante gabellam detractionis, ſive emigrationis, quia gabella eſt portio bonorum, bona vero non intelliguntur, niſi deducto ære alieno; poſteriorum vero intuitu dicta prælatio locum habet. Non vero placent, quæ idem Mevius *d. l.* ſubjungit, *civitatibus municipalibus privilegium perſonale ſolum competere*; Leges enim, quas adducit, hoc non probant, ſcilicet *l. 3. ff. qui pot. in pign.* loquitur de pignore ſpecialiter, id eſt, ex cauſa contractus accepto. *l. 34. ff. de reb. aut jud. poſſ.* continet caſum de eo, qui ad navem fabricandam, vel emendam, vel armandam, credidit, qui huc nullo modo referri poteſt: *l. quamvis 2. C. de jur. fiſc.* in meo Corpore Juris non invenitur, voluit vero Mevius indigitare *l. 2. C. de privil. fiſc.* verum hæc de concurſu uxoris ratione dotis cum fiſco loquitur, atque adeo iterum nullo modo ad caſum præſentem quadrat. Manet ergo, quemcunque judicem ratione gabellæ jure prælationis frui, conf. Brunnem. *de Proc. conc. cred. cap. 5. §. 19.* quod de jure Magdeburgico nullum dubium habet, propter verba Ordinationis Proceſſ. ante allata.

§. XLIII.

Quid juris circa perſonas a ſolutione gabellæ exceptas?

Ultimo loco in Ordinatione Politica *d. c. 56. §. 8.* nonnullæ perſonæ recenſentur, de quarum bonis gabella non detrahitur. Ita vero ibi habetur: Doch bleiben unſerer Magdeburgiſchen Cantzler, Regierungs-Cammer-und Conſiſtorial-Räthe, und ihrer Wittben und Kinder, derer Kirchen, des Dom-Capituls, der Prælaten, der Ritterſchafft, derer von Adel in Städten und eigenthümlicher Beſitzere der Ritter-und Geiſtlichen, wie auch aller Prediger, Kirchen-und Schul-Diener, ingleichen ihrer Wittben und Kinder Güther, billig von allem Abzug befrey-

befreyet. Sed de quanam gabella hoc intelligendum an emigrationis ſolum, an vero etiam detractionis hereditatis, legati & ſimilium? Duo argumenta ſunt, quæ ſuadent, diſpoſitionem legis provincialis de utroque caſu accipiendam eſſe. Primo enim exemtio non tam perſonis, quam potius ipſis bonis conceſſa eſt, quod exinde colligitur, quia non ſolum Nobiles & Eccleſiaſtici, ſed etiam poſſeſſores hereditarii bonorum feudalium & eccleſiaſticorum immunitate gaudent, clare ſiquidem opponuntur, die von der Ritterſchafft, & die eigenthümliche Beſitzere, der Ritter-Güther, item die Kirchen-Diener, & die eigenthümliche Beſitzere der Kirchen-Güther, ut adeo non reſpiciatur ad perſonam, cui quid defertur, ſed ad bona, quæ deferuntur. Secundo etiam univerſaliter dicitur in allato textu: von allem Abzuge, quæ verba ad utramque gabellæ ſpeciem reſpicere probabile eſt. Interim tamen non diffitemur, verba *cit.* §. 7. ambigua eſſe, & pro contraria etiam ſententia rationes ſeſe offerre; unde res ab interpretatione avthentica vel uſuali maxime dependet. De immunitate Miniſtrorum Eccleſiæ, eorumque conjugum & viduarum a gabella detractionis in caſu delatæ hereditatis, confer. *Ordinat. Eccleſ. Magdeb. cap. 20. §. 7.*

§. XLIV.

Sed quibus etiam comprehenduntur Profeſſores & officiales Academiarum.

Profeſſorum & Academiæ Officialium in ordinatione politica propterea non injicitur mentio, quia tunc temporis illuſtris Fridericiana nondum nata erat; ſupplevit vero clementiſſime Potentiſſimus Rex legem provincialem in *Privilegiis Academiæ Fridericianæ art. 24.* Wir wollen auch die Univerſitäts-Verwandte, und Bediente, ingleichen derer Wittben und Kinder von den ſonſt gebräuchlichen Abzugs-Geldern hiermit gnädigſt eximiren. Quæ verba ſatis clara ſunt,

&

Digitized by Google

& non ſolum Profeſſores ordinarios & extraordinarios, verum etiam Syndicum, Secretarium & reliquos officiales, **Verwandte und Bediente**, complectuntur. Solent alias etiam DD. talia privilegia immunitatis gabellæ detractionis Profeſſoribus generatim tribuere. Ex hoc igitur fundamento Illuſtre Regimen Principatus Halberſtadienſis nuper die 21. Martii hujus anni in cauſa Advocati fiſci, contra heredes demortui Advocati Halberſtad. Friderici Wilhelmi **Schneiders**, hunc in modum judicavit: **Daß des** Advocati **Schneiders Erben insgeſamt von dem Abſchoß frey, und von dem dieſerhalb fiſcaliſchen Anſpruch zu abſolviren ſeyn, wie wir dann ſie davon abſolviren.** Erant autem heredes hujus defuncti, tempore mortis ejus, tres ſequentes: D. Joh. Fridemann. **Schneider**, D. & Profeſſ. in noſtra Fridericiana, ejusque ſoror, uxor Doctoris Mulleri, Profeſſ. Moral. Jenæ, ut & eorum mater, vidua Miniſtri Eccleſiæ, quæ interim pariter obiit.

§. XLV.

Concluſio. Plures adhuc alias perſonas afferunt DD. v. g. Doctores & Licentiatos, v. Schröter *de Gabella emigrat.* §. 31. verum de his nihil habetur in lege noſtra provinciali. Riſu digna ſunt alia apud eund. *d. l.* §. 44. & 45. de numero duodecim liberorum, item de eo, qui adeo pauper eſt, ut ex ſilice aquam facilius elicere poſſis, quam ei nummum extorquere: quis enim de bonis transferendis gabellam exigeret, ubi nulla bona adſunt? Subſiſto hic, Lectorem admonens, me materiam de *Gabella emigrationis & detractionis* non plene pertractare, ſed *Ordinationis Politicæ Magdeburgenſ. Caput LVI. Obſervationibus* quibusdam illuſtrare quodammodo voluiſſe. Qui plura de hac re ſcire cupit, ille conferat, quos paſſim citavi, Berlichium

P. 3.

Digitized by Google

P.3. Concl.52. Müllerum *in Practica Marchica a Reſolut. 1. usque ad Reſol.17.* Scheplizium *in Conſuetudinibus Marchicis P.3. tit.8.* Rhetium *in Diſp. de Sarcina emigrantium:* Schröterum *in Diſp. de Gabella detractionis atque emigrationis, Jenæ, 1673.* Fritſchium *in Exercit. Jur. Publ. Exerc.3.* quam Diſputationem ſub præſidio Unraths quondam propoſuit Eichmannus: & præter eos Chriſtoph. Schwanmannum *de Jure detractionis & emigrationis*: Otton. Philipp. Zepperum *in Diſcurſu Juridico Tit. IIX. de Jure detractionis, Bremæ 1661.* Jacob. Andr. Cruſium *de Jure detractionis: Dietericum* Theſinah *in Diſp. inaug. de Jure detractionis*, Helmſtadii ſub præſidio Danielis Claſen habita 1677. Juſtum Hermann. Vultejum *in Diſp. inaug. de Cenſu emigrationis*, Præſide viro illuſtri Heinr. Coccejo, Heidelb. 1681. Bened. Schnabelium *in Diſp. inaugur. de Jure decimationis*, Altdorffii 1670. Joach. à Pritwitz *in Diſp. de Juribus emigrandi*, ſub præſidio Joh. Georg. Simonis, Jenæ 1670. Henricum Bartels *in Diſp. de Jure detractionis:* Eichelium Prof. Helmſt. *in Diſp. de Jure detractionis & emigrationis 1656.* Cæterum Numini Divino debitas perſolvo gratias pro conceſſis in hac opera viribus, illudque precibus ſupplicibus rogo, ut mihi in poſterum Spiritus ſui Sancti gratia aſſiſtere velit, quo omnes meas actiones ad ejus gloriam & proximi emolumentum dirigere poſſim.

F I N I S.

Digitized by Google

DETRACTIONIS IVRA doctè diſputas,
Sed ipſe factis jus tuum non comprobas:
E civitate cælibum diſcedere
Intendis, atque te ſub imperium novum,
Quod ſceptra dirigunt Amoris, conferes.
Quod ſolvis ergo? quidve DETRAHITVR tibi?
Inverſa res eſt; DETRAHVNT prorſus nihil:
Potius coruſcas dignitatibus novis,
Et ſplendido LICENTIATI nomine
Ornatus ad jugale fœdus mitteris.
Quæ facta cum FRIDRICIANA comprobet,
Dignumque te præſtantiore præmio
Majoribusque dignitatibus putet,
Hinc vota noſtra jungimus laudi tuæ:
Faxit DEVS, ne proſperis rebus tuis
Fortuna quicquam detrahat vel auferat.

gratulab. adjiciebat

PRÆSES

DEtrahit injuſtus. Vanum eſt, *detractio*, nomen
Et diſcenda magis, quæ *retrahenda* ſient.
Fallor. Amice, tuo tradis præcepta labore,
Detrahere eſt bonum. Gratulor ergo tibi.

Hiſce
CLARISS. CANDIDATO
applaudebat

Juſtus Henningus Böhmer,
D. P. P. & Facult. Jurid. Aſſ.

NOn datur ad doctas levis unquam tranſitus artes,
Sed labor ac ardor quærit & haurit eas.
Idcircò eſt animus, qui Muſis firmiter inſtat.
Dignus laude ſuâ: præmia cultor habet.
Præſens charta docet, quos promerearis honores.
Hos tibi majores ominor atque precor.

Hiſce Conſultiſſ. Dn. Canditato, amico ex paucis à longo tempore integerrimo, Commenſalique per ultimum ſemeſtre jucundiſſimo, gratulari voluit

Jac. Frid. Ludovici,
D. P. P. & Facult. Jurid. Aſſ.

Digitized by Google

ERgo capeſſe tuum, nam plena *Licentia* facta eſt,
Inter Doctores, dulcis Amice, gradum:
Scilicet hoc meruit pietas tua candor & omne
Per Studium Muſæ cernere quicquid amant.
Hæc ſunt primitiæ; mox meſſis opima ſequetur.
Tam cultum pariet, nil mediocre, ſolum.

gratulabundus ſcribebat

CHRISTOPH. CELLARIUS, Lic.
Circ, Sax. Infer. a Secret.

BIBL. ... ROMA VITTORIO EMANUELE